

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

FLAVII

JOSEPHI  
Operum

TOMVS SECUNDVS.

Quo continentur

AUTHORIS VITA.

De Bello Iudaico LIBRI VII.

De Antiquitate Iudaeorum  
LIBRI II.

ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ  
ΛΟΓΙΣΜΟΥ, seu de imperio rationis  
Lib. I.

Cum INDICE locupletissimo.



Ex Typographia

JACOBI STOER,

M. DCXL.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

# FLAVII JOSEPHI

## DE ANTIQUITATE IV.

DÆORVM CONTRA APIO-  
nem Alexandrinum, ad  
Epaphroditum.

L I B R U M .

Opera Sigismundi Gelenii re-  
stitutio.

**S**UFFICIENTER, ut arbit-  
rator, & per libros Antiquitatum,  
optime vitorum Epaphrodite, le-  
gentibus eos, aperui de nostro ge-  
nere Iudicorū, quia & vetustissimā  
est, & primam originem domesticam habuit.

a Antiquis. Quinq; <sup>a</sup> millium enim annorum numerum hi-  
storianum hifte-  
ria quinque  
millium an-  
num.  
b Causa im-  
pulsus con-  
scribendi  
hos libros.

Quoniam <sup>b</sup> verò  
multos video, respicientes blasphemiam quo-  
rundam insanè prolatam: & ea quæ à me de  
antiquitate conscripta sunt, non credentes: pu-  
tantes mendacium nostrū esse genus, ed quòd  
nulla memoria apud Græcorum nobiles histo-  
riographos digni sunt habiti nostri maiores: pro  
omnibus his arbitratus sum oportere me breui-  
ter huc dicta conscribere: & derogantium qui-  
dem vesanum spontaneumque increpare men-  
daciū, aliorum verò ignorantiam pariter emē-  
dere: vniuersōsque de nostra antiquitate, qui  
scilicet veritatem amplectuntur, edocere. Vtar  
autem

autem in theis dictis testibus eis, qui de omni antiquitate apud Græcos fide digni sunt iudicandi: eos autem qui blasphemè de nobis atq; fallaciter conscripsere aliqua, per semetiposos conuictos indubitanter ostendam. Conabor etiam causas exponere, propter quas nō multi in Græcis historiis gentis nostra fecere memoriā: nec non & eos, qui de nobis scribere voluerunt nescire simulantibus indicabo. Primitus itaq. sa- tis admiror eos, qui existimant oportere de rebus antiquis, Græcis rātummodo fidem habere, & ab eis consulendam esse veritatis integritatē: nobis autem & aliis hominibus non esse cre- dendum. Sed ego omnia in his contraria video contigisse. Quapropter decet nō varias opinio- nes inspicere, sed ex ipsis rebus iusticiā pōde- rare. <sup>a</sup>Omnia siquidem Græcorum noua, & he- ri (vt ita dicam) nupérq; facta cognoui: hoc est corū nouas: fabricam ciuitatum & adiumentes artium apud Egy- conscriptionesq; legum: cunctarūmque rerum prius autem iunior apud eos est historiæ diligentia conscri- bendæ. Apud Egyptios autem, atque Chaldaeos & Phœnices & Phœnicas (defund enim nos illis connumeras gesta au- te) sicut ipsi fatentur, res gestæ antiquissimam riguissimam & permanentem habent memoriarum traditionē. habent me- Nam & locis omnes inhabitant, quæ nequaquam moria tra- aeris corruptioni subiaceant: & multam prouiditionem. dentiam habuere, vt nihil horum quæ apud eos b Græcorum aguntur sine memoria relinqueretur: sed in pu- regionē in- blicis conscriptionibus semper à viris sapientis numero cor- simis dicerentur. Græcorum b vero regionem rupriones innumeræ corruptiones inuasere, rerum memo- inuasere. riā delentes. Qui autem nouas constituentes c Phœnices conuersationes, omnium se primos esse credi- & Cadmus dere, sciant quia etiam serò vix naturam potue- Græcorum re agnoscere litterarum. Nam c antiquissimum litterarum carū usum habuisse creduntur à Phœnicibus, &c inniores.

à Cadmo se didicisse gloriabantur. Sed neq. illo  
 tempore poterit aliquis demonstrare seruatam  
 conscriptionem, neq; in templis, neq; in publi-  
 cis anathematibus: quando etiam de Trojanis  
 rebus, vbi tot annis militatū est, postea multa  
 quēstio atq; contentio facta est, virum literis vñi-  
 finit, & magis veritas obtinuit, quod vsus moder-  
 narū literarum illis fuisse incognitus. Constat<sup>4</sup>  
a Apud  
Gracos aut. autē quōd apud Gracos nulla inuenitur con-  
 scriptio, poemate Homerī versuſior: & hunc e-  
 sis poematis  
Homeri ve-  
sus, aiunt neq. hunc literis suum poema reliquie:  
 sed cantibus memoria referatur, postea fuisse  
 copositum, & propterea multam in eo compe-  
 tere dīllonātiā. Qui autem historias apud eos  
 conscribere tentauere, id est, Cadmus Milesius,  
 & Acuſilaus Argivus, & post hunc quicunq. alij  
 fuisse referuntur, paululum tempus Persarum  
 contra Gracos expeditionem p̄cessere. Sed &  
 eos qui de cœlestib⁹ ac diuinis ptimis apud  
 Gracos sunt philosophati, id est, Pherecydē Sy-  
 sium & Pythagoram, & Thaletem, omnes con-  
 corditer confitentur, Egyptiorum & Chaldaeorū  
 fuisse discipulos: & breuiter conscriptissime: qua à  
 Gracis omnium antiquissima iudicantur, ita ut  
 vix ea credant ab illis fuisse conscripta. Quomo-  
 do ergo non est irrationabile, vt tali fastu tur-  
 geant Graci, tanquam soli ſciant vetera, & veri-  
 tatem eorum exacte tradant: aut quis non abi-  
 p̄is conscriptoribus facilimè dicat, quod neq.  
 firmiter scientes aliquid conscriptere, sed quod  
 vnuſquisque opinatus est, hoc studuit explana-  
 re. Vnde etiam libris ſe inuicem arguant, & val-  
 dē contraria de rebus eisdem non piget eos di-  
 cere. Sed ego videbor me potioribus esse ſuper  
 fluous, si explanare voluero, quātis quidem locis  
Hellenicus ab Acuſilao de genealogiis discreta

pat, & in quantis Hesiodum corrigit Acusilaus, ut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum vero Timæus, Timæum qui post illum fuere, Herodotum verò cuncti: sed neque de Siculis cum Antiocho & Philisto aut Callia Timæus concordate dignatus est: neque rursus de Atticis hi qui Atidas conscriperunt, aut de Argolicis qui de Argis historiam protulere, alterutros consecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus brevibusque rebus, quando de militia Persica, & his quæ in ea gesta sunt, tantum viri probatissimi discordasse noscuntur? In multis autem e- a Thucyditiā Thucydides tanquā fallax accusatur, licet das scrupulo- scrupulosissimam sui temporis historiam cop. sūmam suā scripsisse videatur. Causa b verò huius dissensiū temporis hist. multe forsan & aliae quererere volentibus ap. storiam conparebunt. Ego verò duabus quas dicturus sum, scripsi. maximā huius vim diversitatis adscribo. Et qui- b ē causa di- dem primum dico eam quæ mihi propior esse veritatem a- videtur: id est, eo quod ab initio fuerit studiū pugnudatio- apud Græcos, publicas de his quæ semper agun- tur proferre conscriptiones. Hoc etenim præci- piū & eritatem & potestatem mentiendi poste- ris, vetus aliquid volentibus scriptitare, conce- fit. Non enim solummodè apud alios Græcos publica conscriptio est neglecta: sed neq. apud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse dicunt, disciplinæq. cutores, aliquid huiusmodi repe- ritur. Sed publicarum literarum antiquissimas esse dicunt leges, quæ à Dracone eis de suppli- ciis sunt conscriptæ, modicum ante tempus ty- rannidis P. Sistrati. De Arcadibus autem in anti- quitate glorianib', quid oportet dici? vix enim isti & postea literis eruditæ sunt. Cum ergo con- scriptio nulla præponeretur, quæ & discere ve- lentes doceret, & mentiantes argueret, mul-

a Altera di- ta <sup>c</sup> inter conscriptores discordia nata est: quo-  
meritatu- niam qui ad scribēdum se præparabant; nō stu-  
causa, apud dium veritatis exhibuerunt, licet hæc promissio  
Gracos hi- semper habeatur in promptu: sed verborū ma-  
storiogra- gis habere prolationem maximam. Et quemad-  
phos. modum laudari se in hoc super alios estimaret,  
ad hoc potius semetiplos aptabant. Aliqui vero  
ad fabulas sunt conuersi: aliqui autem ad gra-  
tiam, aut ciuitates laudantes aut Reges: alij se-  
metiplos ad accusandas causas aut conscripto-  
res tradidere: in hoc se fore probabiles estimá-  
tes, & omnino hoc agentes, quod historiz nimis

b Vera bī aduersum est. Verz <sup>b</sup> siquidem historiz indi-  
storia Indi- cium est, si de eisdem rebus omnes eadē di-  
cam. cant, atque conscribant. hi vero cum quædā ali-  
ter conscriberent quam alij, tunc se putabant o-  
mnium veraciores ostēdi. Quapropter causa qui-  
dem verborum & calliditatis eorū, cedere nos

Gracis oportet: non autem de antiqua historiz  
veritate, & maximè de rebus propriz vniuscu-  
iusrq; prouiacie. Quoniam igitur apud Ägyptios  
& Babylonios, ex longissimis olim temporibus  
circa conscriptiones diligentia fuit, quando sa-  
cerdotibus erat iniunctum, & circa eas ipsi phi-  
losophantur Chaldaei vero apud Babylonios: &  
quia præcipue Gracis immixti, vñi sunt Phœni-  
ces literis, citca dispensationes vite, & publico-  
rum operum traditionem, dum consentiant omnes tacendū hoc puto. De nostris vero pro-  
genitoribus, qui eandem quam prædicti habue-  
runt in conscriptionibus solitudinem ( desin-  
no dicere, etiam potiorem) Pontificibus & pro-

c Propositio  
quam tra-  
ctandam  
sumit Iose-  
phus,

phetis hoc imperantes: & quia usque ad nostra  
tempora cum multa integritate seruatum est,  
& si oportet audentius dicere, etiam seruabitur,  
conabor breuiter edocere. Non enim solum  
modo ab initio probatissimos viros, & in Dei  
placa-

placatione præparatos, ad hæc exercenda con-  
 stituerunt: sed quatenus etiam genus sacerdo-  
 tum sine permixtione putumque consisteret,  
 prouiderunt. Oportet<sup>a</sup> enim eum qui sacerdo-  
 tum habiturus est, ex eiusdē gentis nasci mu-  
 liere: & neq. ad pecunias, neque ad honores in-  
 spicer<sup>b</sup>, & genus per antiquā lineā & multis te-  
 stibus approbare. Quod scilicet agimus non so-  
 lū in ipsa Iudea: sed vbi cunq. nostri genetis  
 constitutio reperitur, etiam ibi integritas ista  
 seruatur circa nuptias sacerdotum: hoc est, in  
 Ægypto & Babylonia, & quo cunque terrarum  
 orbe quilibet de sacerdotum genere sunt di-  
 spersi. Mittunt enim in Hierosolymam con-  
 scribentes à patre nomen nuptæ, & antiquorū  
 prægenitorum, quicunque huius rei testimonia  
 præbuerent. Si autem bella proueniant, sicut iam  
 crebrò factum est, dum Antiochus Epiphanes  
 ad nostram venisset regionem, & Pompeius  
 Magnus, & Quintilius Varus, & præcipue no-  
 stris gesta reportibus, tunc hi qui de sacerdotib.  
 supersunt, ex antiquis literis iterum nouas con-  
 ficiunt, & probant mulieres, quæ relinquuntur.  
 Non enim ad captiuas acedunt, alienigenarum  
 consortia formidantes. Indicium verò integri-  
 tatis hoc maximum est: quia Pontifices apud  
 nos<sup>b</sup> à duobus millibus annis denominati filij<sup>b</sup> Pontifices  
 à patre conscripti sunt. His autem qui prædicti<sup>b</sup> apud Iudeas  
 sunt, si quid præuaricentur, interdictur ne vel<sup>b</sup> à duob. mil-  
 libus annis  
 ad altare accedant, vel alia sanctificatione fun-  
 gantur. Re&tè siquidem, potius autem necessariè, denominati  
 cùm neque conscribendi potestas omnibus da- filij à pare-  
 ta: neque illa sit in descriptione discordia, sed conscripsi  
 solum podo prophetis antiquissima quidē & ve-  
 terrim, secundū inspirationē factam à Deo co-  
 gnoscētibus, alia verò suorū temporum sicuti  
 sunt facta palam consribentibus, infiniti libri

a Duo &  
vigi*n*ti li-  
bi*sacri.*

non sunt apud nos discordates & sibimet repugnantes: sed <sup>a</sup> solummodo duo & viginti libri, habentes temporis totius conscriptionem: quorum iustè fides admittitur. Horū ergo quinque quidem sunt Moseos qui nativitates continent, & humanæ generationis traditionem habent usque ad eius mortem. hoc tempus de tribus milibus annis paululum minus est. A morte vero Moseos usque ad Artaxerxē Persarum Regem, qui fuit post Xerxem, prophetæ suorum temporum res gestas conscripsérunt in tredecim libris. Reliqui vero quatuor, hymnos in Deum, & vita humanae præcepta noscuntur continere. Ab Artaxerxe vero usque ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non tamen priori simili fide sunt habita, eò quod nō fuerit certa successio prophetarum. Palam namque est ipsis operib. quemadmodū nos propriis literis credimus: tanto namque seculo iam præterito neque adiicere quicquā aliquis, nec auferre, nec transformare præsumpsit. Omnibus enim insertū est mox ex prima generatione Iudeis, hæc diuina dogmata nominare: & in his utique permanere, & propterea, si oporteat, mori libenter. Nam itaq. multi captiuorum frequenter tormentis affligi sunt, & mortes varias in theatris sustinuere, ne ullum verbum contra leges admitteret, aut conscriptiones auitas violarent. Quis <sup>b</sup> Græcorum aliquid tale perpessus est? quando neque fortuitam sustinere lesionem volunt: licet omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim hæc esse putat secundum conscribentium voluntates exposita. Et hoc iustè ei: iam de antiquis sapiunt, quoniā aliquos nunc quoq. videt præsumentes Iudaico qui de his rebus conscribere, quibus neq. iſi interdā historias fuere, neque credere scientibus acquiescunt. De conscripsere, nique <sup>c</sup> de bello quod apud nos cōtigit nuper, quadam

quidam historias conscribentes ediderunt: cùm  
neque ad ea loca venerint, neque in proximo  
terum gestarum fuerint: sed ex auditu quædam  
pauca componentes, impudenter semetipos vi-  
dentur historiæ nomine iactitare. Ego <sup>a</sup> verò  
& de omni bello, & quæ ibi particulariter gesta  
sunt, veram descriptionem feci: cùm ipse rebus  
omnibus interfuerim. Dux etenim apud nos Ga-  
lilzorum eram, donec fuit defendendi facultas.

Contigit autem ut capereret à Romanis. & haben-  
tes me Vespasianus & Titus in custodia, vniuersa  
semper inspicere faciebant, primò quidem  
vincitum, postea verò solutus cum Tito ab Ale-  
xandria propter obsessionem Hierosolymorum  
directus sum. Eo <sup>b</sup> tempore nihil est gestum,  
quod meam potuisset latèrē notitiam. Nam vi-  
dens Romanorum exercitum, vniuersa cum di-  
ligentia describebam. Et ea quæ nunciabantur  
ab his qui semetipos tradebant, ego solus inte-  
grius intelligens disponebam. Deinde Romæ  
tempus vacationis habens, omni iam negocio  
præparato vsus aliquibus cooperantibus mihi  
propter eloquentiam Græcam rerum eruditio-  
nem exhibui. Tantaque mibi securitas affuit ve-  
ritatis, vt primos omnium Imperatores bellum  
Vespasianum & Titum testes non expauesceret.  
Primum nanque illis obtuli libros: & post illos

multis quidem Romanorum qui bellis inter-  
fuerent, plurimis <sup>c</sup> verò nostrorum etiam eos ve-  
num dedi, qui Græca eruditione videbantur  
imbuti, quorum est Julius Archelaus, Herodes <sup>libros suos</sup>  
bonestissimus, & ipse admirabilis Rex Agrippa. plurimis ve-  
niti siquidem vniuersa testimonium perhibue-  
re, quod veritatem diligenter excolui: non dis-  
simulatus si quid gestorum per ignorantiam aut

<sup>d</sup> Josephi li-  
per gratiam commutassem, aut prætermissem. <sup>bros quidam</sup>  
Quidam <sup>e</sup> verò præui homines derogare meæ <sup>bisaghemæ</sup>

<sup>a</sup> Iosephus  
bello Indai-  
co semper in-  
serfuit.

<sup>b</sup> Iosephus  
Rome bellū  
Indaios hi-  
storian con-  
scripsit.

<sup>c</sup> Iosephus

libros suos

plurimis ve-  
num dedit.

<sup>d</sup> Josephi li-  
per gratiam commutassem, aut prætermissem.

Historiæ sunt conati, tanquā in scholis adoles-  
 centiū themata exercentes, & accusationis in-  
 speratæ atque detractionis facientes opus; cùm  
 oporeat illud sciri, quod conuenit promittentē  
 aliis serum veracium traditionem, ipsum prius  
 hæc nosse certissimè, aut rebus gestis adhæren-  
 do, aut ab scientibus consulendo. Quod ego  
 præcipue circa utrumque me credo fecisse opus.  
 Antiquitatis namque libros (sicut dixi) ex volu-  
 ntiibus sacris interpretatus sum, cum essem ge-  
 nere sacerdos, & participarem illarum sapien-  
 tiæ literarum. Historiam vero belli conscripsi,  
 multarum quidem actionum ipse operator, plu-  
 rimarum vero inspecto existes: & omnino eo-  
 rum quæ dicta vel geita sunt, nihil ignorans.  
 Quomodo ergo non procaces quilibet existi-  
 mabit eos qui aduersum me nituntur de ves-  
 tate contendere? Qui sicut imperatorum com-  
 mentarios legisse dicuntur, non tamen nostro-  
 rum repugnantium rebus interfuerere. De his re-  
 bus itaque necessariam feci digressionem, signi-  
 ficare volens facultatem eorum, qui historiam  
 scribere promittunt. Et sufficienter, sicuti reor,  
 declaraui, quod conscriptio rerum apud Barba-  
 ros potius solēnior, quam apud Græcos est. Vo-  
 lo autem paululum prius disputare aduersus  
 eos, qui contendunt, nouellam esse nostrā con-  
 uersationem, eo quod nihil de nobis, ut aiunt  
 illi, dictum sit à cōscriptoribus Græcis: Deinde  
 testimonia antiquitatis ex aliorum literis exhibeo:  
 & eos qui nostrum blasphemant genus,  
 nulla ratione blasphemare monstrabo. Nos igi-  
 tur neque regionem maritimam habitamus, ne-  
 que mercionii gaudemus, neque per hoc al-  
 terutris peregrinationib. fatigamur. Sed nostræ  
 ciuitates procul à mari sitæ sunt, regionemq.  
 veraram possidentes, in ea assidue laboramus,  
 præci-

a Duo de  
 quibus agit  
 Iosephus.

principiū <sup>a</sup> circa filiorum nutrimenta studētes, <sup>a</sup> Filiorum legūmque custodiā: & traditionē pietatis, <sup>apud Indos</sup> totius opus vitæ necessarium indicamus. Cūm <sup>educatio.</sup> accedat igitur his quæ prædicta sunt, etiam viue di ratio propria, nihil <sup>b</sup> fuit antiquius temporib⁹ bus quod ficeret nobis commercium Græcorū: sicut Agyptiis mercimonia, quæ ab eis exportātur, & ad eos rursus importantur: itēmque habitoribus Phœniciae maritimæ, studentibus circa cōtractus, atque negotia amore pecunia re quisita. Sed neque circa Iatrocinia sicut quidā alij vacuere, aut amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella conuersi sunt, licet regio nostra multa millia virorum fortium possideret. Phœnices ergo p̄ opter negociationem ad Græcorum prouinciam nauigantes: repente sunt agniti, & per illos Agyptij, & omnes à qui huī ad Græcos onera deuehebāt, immensa maria proscindentes. Medi verò postea atque Persæ palam in Asia regnauerūt, & usque ad alterā continentem Persæ militauerunt: Thraces autem propter vicinitatem, & Scythæ ab his qui Pontum nauigant, cogniti sunt: & omnino vniuersi iuxta mare vel orientale vel hesperium habitantes, aliquid conscribere volentibus cogniti facti sunt. Qui verò superius habitabant, & procul à mari, multis sunt temporibus ignorati. Et hoc apparet etiam circa Europam contigisse, quando de Romanorum ciuitate tam longo tempore adepta potestatem, tantaque bella cōficiē d *Historiate*, neque Herodotus neque Thucydides, nec vi graphi quisquis qui fuit cū istis, fecit aliquā mentionē. sed <sup>c</sup> Romanorū notitia serō ad Græcos peruenit. De Gallis enim & Hispanis sic ignora <sup>d</sup> ranummodere hi, qui putātur diligentissimi cōscriptores, dō effeciūt. quorū est Ephorus, ut vna ciuitatē esse arbitrat. <sup>e</sup> sacerdotibus Iberos, qui sancte partē occidentalis ter. <sup>f</sup> erq̄i sunt.

# FLAVI JOSEPHI

se nesciuntur inhabitare. Et mores eorum, qui neque sunt apud eos, neque dicuntur, referuntur. Causa vero ignorantiae veritatis est, quod procul abescent: ut autem falsa conscriberent, quos vellent videri aliquid amplius quam alijs retulisse. Quomodo ergo mirari decet, si neque nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribegendum de se aliquam dedit occasionem, & ita diffusa procul à

**a Argumē.** mari, & talibus institutis viuens? Pone & igitur ea, Iudeorū nos argumento uti velle Graecorum, quod non genus animi sit genus eorum antiquū, eo quod nihil in nostris quibus Graecis voluminibus de eis sit dictum: nonne omnino corum genera deridebunt causas huiusmodi à me prolatas, & te.

igitur & ego hoc conabor efficere. **Egyptiis** enim & Phoenicibus præcipue testibus utar, cum nullus eorum potuerit tanquam falsum accusare testimonium. Et videntur maximè erga nos iniqui in communi quidem omnes **Egyptijs**, **Phœnicum** vero **Tyrijs**. De Chaldaeis autem nequam hoc dicere potero, quoniam & generis nostri Principes constituti sunt, & propter cognationem in conscriptionibus suis meminere Iudeorum. Cum vero fidem de his præbuerim, & blasphemias falsas ostendero, tunc etiā Graecorum conscriptores in memorabo, qui Iudeorū fecere mentionem, ut neque huiusmodi occasio relinquatur in Iudeis nobis facienda contentionis. Inchoabo autem primum à literis

**b Manethō,** **Egyptiorum**, quas non arbitrantur commendare **Egyptiis** re quæ nostra sunt. Manethon b itaque genere historiogr. vir **Egyptius**, Graeca disciplina eruditus, sicuti p̄m. palam est (scriptis enim sermone Graeco) pater, nā religionis historiam ex sacris (sicut ei ait ipse) interpretatus libris, frequenter arguit Herodotum in **Egyptiacis** ignoratione mentitum. Is Manethon in secundo **Egyptiis** hoc de nobis

bis scripsit. Ponam verò etiam verba eius, tanquam illum ipsum adducens testem. Fuit nobis Rex, Timaus nomine, sub hoc nescio quomodo Deus iratus fuit & præter spem ex partibus orientalibus homines, genere ignobiles, adepta fiducia in prouincia castrimetati sunt. Et facile ac sine bello eam poterunt: q. ceperunt: & principes eius alligantes de cetero ciuitates crudeliter incendere: & Deorum templaque euenerunt. a *Sahibus*. Erga omnes verò prouinciales inimicissimè *gyptios* in se gesserunt: alios quidem perimentes, aliorum suam poterò & filios & coninges in servitutē redigentes: nouissimè verò & vnum ex se fecere Regē, *git.*  
*cui nomen Saltis.* Hic in Memphidem veniens, superiore inferiorèq; prouincia tributaria factus, præsidia relinques oportunis locis, maximè partes muniuit orientales, prospiciens quod Asyrii aliquanto potentiores, erant desideraturi regnum eius inuadere. Inueniens <sup>b</sup> autem in *prefectura* Saite ciuitatem opportunissimam, positam ad orientem Bubastis fluminis, quæ appellabatur à quadam antiqua theologia Avaris, *fluminis* <sup>b</sup> *Saltos* <sup>cas ad orientem</sup> *Bubastis* <sup>sig.</sup> hanc fabricatus est, & muris maximis communituit, collocans ibi multitudinem armatorum, usque ad ducenta quadraginta millia virorum eam custodientium. Hic autem messis tempore veniebat, tam ut frumenta meteret, & mercedes exoluiceret, quam ut armatos ad terrorem extraneorum diligenter exercitaret. Qui cum segnasset decem nouem annis, vita priuatus est. Post hunc autem regnauit alter quatuor & quadraginta annis, *Ræon* nomine. Post quem aliis Apachnas, sex & triginta annis, & mensibus septem. Deinde Apochis, vnum & sexaginta & Ianias quinquaginta, & mense uno. Post omnes autem Assis nouem & quadraginta, & mensibus duobus. Et isti quidem sex apud eos

# PLATII JOSEPHI

fuere primi Reges debellantes semper, maximè Ægypti radicem amputare capientes. **Vocabatur** autem gens eorum Hycsos, hoc est, **Reges pastores**. Hyc enim secundum sacra lingua, Regem significat. Sos vero pastorem siue pastores, secundum communem dialectum: & ita compositum inuenitur Hycsos, quidam vero dicunt eos Arabas esse. In aliis autem exemplaribus non Reges significari competi per appellationem Hyc, sed è diverso captiuos declarari pastores. Hyc enim Ægyptiacal lingua & hac, quando denso sono profertur, captiuos aperte significat, & hoc potius verisimile mihi videtur: & historiæ antiquæ conueniens. Hos ergo quos prædiximus Reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fuere, obtinuisse Ægyptum ait annis undecim & quingentis. Post hæc autem Regum Thebaidis & Ægypti reliquæ factam dicit super pastores inuasionem, & bellum maximum & diuturnum eis illatum. Sub Rege vero cui nomen erat Alisfragmuthosis viatos dicit pastores, & aliam quidem universam Ægyptum perdidisse. Inclusos autem in locum habentem mensuram iugerum decem millium, cui loco nomen est Auaris. Hunc Manethon dicit omnem maximo muto atque robustissimo circundedisse pastores, quatenus & omnem possessionem munitam haberent, simul & prædam suam. Filium vero Alisfragmuthoseos Themosin conatum eos vi expungere, cum quadringentis octoginta millibus gyptiorum armatorum eorum muros obsediisse. Cum bvecum pastori rō obsidium desperasset, pæta cum eis fecisse, bū pæta. ut Ægyptum relinquentes quod vellent innoxij omnes abirent. Illos vero his promissionib. impetratis, cum omni domo & possessionibus non minus ducenta quadraginta millia numero ex Egy-

ex Aegypto per desertum in Syriam iter egisse,  
 & metuentes Assyriorum potentiam (tunc e-  
 nim illi Asiam obtinebant) in terra quæ nunc  
 Iudæa vocatur, ciuitatem ædificasse, quæ tot a ~~Ædificas-~~  
 millibus hominum sufficere posset, eamq; Hiero- <sup>110</sup> Hierosolymam  
 solymam vocitasse. In b alio verò quodam li- lyma.  
 bro Aegyptiacorum. Manethon hanc ipsam gen- b Indai cur  
 tem, id est, qui vocabantur pastores, in factis <sup>olim</sup> pastores  
 suorum libris captiuos ascriptos rectissimè di- & capiunt  
 xit. Nam antiquis progenitoribus nostris pasce- ditti.  
 te mos erat: & pascuale habentes vitam, vo-  
 cantur ita pastores. Sed & captiuū nō temerè ab  
 Aegyptiis dicti sunt: quoniā progenitor noster  
 Joseph dixit ad Regem Aegyptiorum, se esse ca-  
 ptuum: & fratres in Aegyptum posterius eu-  
 cauit, Rege præcipiente. Sed de his quidem in  
 aliis examinationem subtilius faciemus. Nunc  
 autem huius antiquitatis producam testes Aegyptios, rursumq; quomodo se habeant verba  
 Manethonis circa ordinem temporum aperte  
 describam: sic enim ait: Postquam <sup>c</sup> egressus est  
 ex Aegypto populus pastorum ad Hierosolymā, <sup>c Nomina</sup>  
 expulsor eorum Rex Themos regnauit post <sup>Regnum Aegy-</sup>  
 hac annis Viginti quinq; & mensibus quatuor, <sup>priorum sib</sup>  
 & defunctus est. Assumpsitq; regnum filius Che- <sup>succedens</sup>  
 bron annis tredecim post quē Amenophis vi- <sup>tiuum.</sup>  
 ginti & mensibus septem, huius autem soror Am-  
 émés annis viginti uno, & mensibus novem.  
 Mephres autem duodecim, & mensib. nouem,  
 Mephramuthosis viginti quinq; & mēsib. decē.  
 Thmos autem nouem, & mensibus octo. Ameno-  
 phis vero triginta, & mensibus decem. Orus  
 vero triginta sex, & mensibus quinq; Huius au-  
 tem filia, Acencheres duodecim, & mense uno  
 Rathotis vero frater nouem. Acencheres au-  
 tem duodecim, mensibus quinq; Acencheres al-  
 ter duodecim, & mensibus tribus. Armais vero

quatuor, & mense uno. Armesis autem uno, & mensibus quatuor. Armesesniānum verò sexaginta sex, & mensibus duobus. Amenophis novendecim, & mensibus sex. Sethosis<sup>a</sup> autem equestres & nauales copias habens, fratrem quidem Armaīn procuratorem Ēgypti constituit, & omnem ei aliam regalem contulit potestatem, tanquamodo autem diadematē ut prohibuit, & ne Reginam matrem liberorum oppimeret imperauit, & ut abstineret etiam ab aliis regalibus concubinis. Ipse verò ad Cyprum & Phœnicen, & tursus contra Assyrinos atq. Medos castramētatus, vniuersos quidem, alias ferro, alias sine bello terrore magnæ virtutis sibi met subiugauit. his verò felicitatibus eleuatus confidentius incedebat, orientales vrbes ac prouincias subuertendo, multoq. tempore procedente Armaīs, qui in Ēgypto fuerat derelictus, omnia contra quam frater agere monuerat, sine timore faciebat. Nam & Reginam violenter abiecit, & aliis concubinis sine parcitate iugiter miscebatur: persuasusque ab amicis & diadematē vertebatur, & fraeri rebellabat. Is verò qui constitutus erat super sacra Ēgyptia, codicillos Sethosi misit, cuncta significans, & quia rebellaret ei suus frater Armaīs. Qui repente ad Pelusium destinavit, & proprium tenuit regnum. Prouincia verò vocata est ex eius nomine Ēgyptus. Dicit b enim quod Sethosis Ēgyptus vocabatur.

*Vnde dicta.* Armaīs autem frater eius Danaus. Hæc quidem cIndorum Manethon. Palam verò est, ex prædictis annis ad Ēgyptū tempore computato, quod qui vocabantur paradesius eo- stores, id est, nostri progenitores, ex Ēgypto li- tundemq; berati, ante tres & nonaginta atq. trecentos an- egressum e- nos hanc prouinciam inhabituere, quām Da- flendit Ma- naus ad Argos accederet: licet hunc antiquissi- mū Argui eis confidant. Duas cigitur res Mane-

Manethon maximas pro nobis Aegyptiis literis protestatus est: primam quidem, quia aliunde venerunt ad Aegyptum: dein egressum eorum exinde, ita temporibus antiquissimum, ut penè mille annis bellum præcedat Iliacum. Ea verò quæ Manethon non ex Aegyptiis literis, sed (sicut ipse confessus est) ex fabulis quorundam sine nomine, adiecit, postea particulariter redarguam, ostendens ea sine verisimilitudine esse mendacia. Sed volo ab istis rursus migrare ad ea quæ apud Phœnicas de nostro genere conscripta sunt, & eorum testimonio declarata. Sunt itaq. apud Tyrios multorum annorum publicæ literæ, & conscriptione diligentissimè custoditæ ex his quæ apud eos facta & inuicem gesta noscuntur, quæ tamen memoria digna sunt. In <sup>a</sup> *In Hierosolymis ad iherosolymis* ergo conscriptū est, quia in Hierosolymis ad iherosolymis ædificatum est templum à Salomone Regi anno octo, quām Tyrii Carthaginem condidere. <sup>b</sup> *In Salomonem Regem* Descripta verò est apud illos construatio templi nostri. <sup>c</sup> *In Hiram* enim Tyriorū Rex amicus Regi nostri Salomonis, paternis amicitiis <sup>d</sup> *In Salomonem Regem* ei deuinctus. Is ergo munificentiam suam exhibet. <sup>e</sup> *In Tyrus* Carbens ad claritatem fabicæ, præbuit Salomoni thaginum auri quidem viginti & centum talenta: inci- <sup>f</sup> *In Salomonem Regem* dēnsq. pulcherrimam syluam in monte, qui Li- <sup>g</sup> *In Salomonem Regem* banus nuncupatur, ad cameram destinavit ei. <sup>h</sup> *In Salomonem Regem* Quem redonauit Salomon & aliis multis reb. <sup>i</sup> *In Salomonem Regem* & terra Galilææ regionis, quæ Zabulō vocatur, circa. <sup>j</sup> *In Salomonem Regem* Præcipue autem ei amicitiam sapientiæ conciliavit. <sup>k</sup> *In Salomonem Regem* Problemata enim sol. <sup>l</sup> *In Salomonem Regem* uenda alterutris ditigebant, & melior in his Sa- <sup>m</sup> *In Salomonem Regem* lomon erat, & in aliis sapientior apparebat. Ha- <sup>n</sup> *In Salomonem Regem* stenus verò seruat̄ur apud Tyrios epistolæ mul- <sup>o</sup> *In Salomonem Regem* tas, quas illi scripsere ad inuicem. Quod autem non singam de Tyriorum literis, cestem produ-

eam Dium qui in Phoenicum historia integerius approbatus est. Is igitur in Phoeniciis historiis hoc modo scribit. Abibalo moriente, filius eius Hiramus regnauit. Hic partis orientalis ciuitates ampliauit, urbem portarem fecit: & Olympij Iouis templū, quod in insula situm erat, iactis aggeribus urbi adiunxit, & aureis a mathematibus exornauit. Ascendens autem in Libanum, sylvas incidit ad templorum ædificationem. Regem vero Hierosolymorum Salomonem misisse dicunt ad Hiramum quædam ænigmata, & poposcisse ab eo, adiecio ut qui non posset discernere, pecuniam soluenti persolveret: confessumque Hiramuni, non se posse soluere propositas quæstiones, multis pecuniis multatum. Deinde Abdemonum quendam, virum Tyrium, propositas soluisse quæstiones: ipsumq. alias proposuisse, quas si non solveret Salomon, multas rursus pecunias Hiramo Regi conferret. Dius igitur hoc modo de prædictis <sup>a</sup>Menandri testimonium perhibuit nobis. Sed <sup>a</sup> post hunc Ephesio testi producam Menandrum quoque Ephesum. Is enim singulorum Regum actus conscripsit apud Græcos & Barbaros, studens ex provincialibus vniuersitatis loci literis, historiæ veritatem pandere. Scribens enim de his qui in Tyro regnauere, & deinde veniens ad Hiramum Regem, sic ait: Moriente vero Abibalo, successit in eius regno filius eius Hiramus, qui vixit annis triginta quatuor. Hic aggere coniunxit Eutychorum, aureamque ibi columnam Iouis in templo depositum: & ad sylvam lignorum profectus, abscedit de monte qui Libanus appellatur, ligna cedrina ad tegmina facienda templorum. Demolitusq. antiqua delubra, noua tēpla ædificauit. Herculisque & Astartes fana dedicauit, Herculis primum exstructo mense Peritio, dein-

deinde Astartes: quando castra mouit aduersus Tyrios, minimè tributa feddentes: quos etiam subdēs sibi met, denuò remeauit. Sub hoc fuit <sup>a</sup> a Abdemonus puer iuuensis, qui semper parabo. ~~nus.~~  
 las soluebat, quas Salomon Hierosolymorum Rex destinabat. Supputatur verò tempus ab hoc Rege usque ad constructionem Carthaginis, hoc modo: Moriente <sup>b</sup> Hiram successit in <sup>b Hirami</sup> eius regno Beleastartus filius, qui cum vixisset <sup>Regis gr.</sup> annis quadraginta tribus, septem regnauit annis. Post hunc Abdastartus filius cum vixisset annis viginti regnauit nouem. Hunc filij nutricis eius quatuor insidiis peremere: quorum senior regnauit annis 12. Post quos Astartus filius Beleastarti regnauit. Qui cū vixisset annis quadraginta quatuor regnauit annis 12. Post hunc frater eius Astarimus: & hic vixit annis quatuor & quinquaaginta, regnauit annis nouem, & peremptus est à fratre Phellere: qui suscipiens regnum, mensibus imperauit octo, cum vixisset annis quinquaginta, Hunc peremit Ithobalus Astarte sacerdos: qui cū vixisset annis sexaginta octo, regnauit annis triginta duobus. Huic successor fuit Badezorus filius: qui cum vixisset annis 45. regnauit sex. Huic successor factus est Mertinus filius: qui cū vixisset triginta duobus, nouē regnauit annis. Huic <sup>c</sup> successor fuit Pygmalion, qui annos egit in sua vita quinquaginta sex ex quibus 40. tenuit principatum huius regni anno septimo, soror Dido in Africā ciuitatem aedificauit Carthaginem. Itaque colligitur tempus à regno Hirami usq. ad aedificationem Carthaginis annorum 155. & mensium 8. Cum verò duodecimo anno huius regni, in Hierosolymis aedificatū sit templum, sit ab aedificatione templi usq. ad constructionem Carthaginis tempus annorum 143. mensium 8. Testimonijs siqui-

<sup>c</sup> Carthagō  
à Didone  
Pygmalio-  
nu sorore in  
Africa ex-  
tructa.

dem Phœnicum quid amplius oportet apponit? Cernitur ipsa veritas fortiter approbata, & multo clarus apparet: quoniam præcedit constructionem templi progenitorum nostrorum ad provinciam hanc aduentus. Cum enim eam vniuersam bello tenuissent, tum deum templum edificare cœpero: & haec aperte ex literis sacris etiā à me in Antiquitate manifestata sunt. Nūc itaq. sunt dicēda ea, quæ apud Chaldaeos noscuntur esse conscripta, & de nobis in historia sunt relata. Quæ multam habent concordiam cum nostris voluminibus, etiā de aliis rebus. Testis

a Berosus  
historiogra.<sup>a</sup> autem horum est Berosus vir genere quidem Chaldaeus, notus autem eis, qui doctrinæ eruditissimæ generæ rationiq. congaudent: quoniam de Astronomia Chaldaea. & de Chaldaeorum philosophia ipse Græcas cōscriptiones edidit. Igitur Berosus antiquissimas secutus historias, de facto diluicio, & hominum in eo corruptione, sicuti Moses, ita conscripsit: simul & de arca, in qua generis nostri princeps seruatus est, deuecta scilicet ea in summitatem montium Armeniorum. Deinde scribens eos qui ex Noe progeniti sunt, & tempus eorum adiiciens

b Nabulaſ. vsque b ad Nabulassarum peruenit, Babylonis, Nabonidus, & Chaldaeorum Regem, & huius actiones chodonoſorū exponens, narrat: quemadmodum misit in Apārenſ, Ba- gyptum & ad nostram terram filium suum Babyloniorum buchodonosorem cum multa potentia: qui c dū Chaldaeo- rebellantes eos iauenisset omnes suo subiecit rum Rex. imperio: & templum in Hierosolymis concre- c Nabucodonosor tens, mauit, cunctumq. generis nostri populum aufe- bellantes im contigit desolati annis 70. vsq. ad Cyrum Regem Periarum. Dicit autem quod tenuerit Babylonius Ægyptum, Syriam, Phœniciam, Arabiām, vñiversos priores Chaldaeorum & Babyloniorum Reges exactionalib. suis excellēs, Ipsa verò

verba, quæ Berossus protulit, hoc modo dicta necessariò profetenda sunt. Auditio autem pater eius Nabulaflarus, quod satrapa constitutus in Aegypto & Syria inferiore & Phœnicia rebellaret, cum non valeret iam ipsi labores ferre, tribuenis filio suo Nabuchodonosori etate valenti partem quandam exercitus contra eum misit. Nabuchodonosor autem cum satrapa deserto-  
te congressus, prouinciam quæ ab initio eorum fuerat, ad proprium reuocauit imperium. Eodem ve-ò tempore, contigit patrem eius Nabu-  
laflarum, cùm ægrotasset, in Babylonie ciuitate defungi, qui regnauit annis 29. Nabuchodono-  
sor <sup>a</sup> autem post multum tempus mortem pa- a Nabucbo-  
tris cognoscens, & negotia Aegyptiaca dispo- donosor pa-  
nens, reliquatūmq. prouinciarū, & captiuos lu- tri in regno  
dorum & Phœnicum atq. Syrorum, qui in A. succedit,  
gypto fuerant, commendās quibusdā amicis, vt  
cum exercitu & impedimentis perducerentur  
ad Babyloniam, ipse cum paucis iter aggressus  
per desertum Babylonem venit, repertiensque  
cuncta à Chaldais dispensati, seruatūmque re-  
guum ab optimatibus eorum, dominus factus  
totius paterni principatus, captiuis quidē adue-  
nientibus præcepit habitacula in opportunitati-  
mis Babylonie locis adificare. ipse <sup>b</sup> vero ex b Belus p̄f.  
manubiis templū Beli ac reliqua munificentissimè excoluit: & veteri vrbi alterā extrinfecus <sup>mm Rex</sup>  
adiecit. Et prouiso ne post hac possent hostes flu- <sup>Affyriorū.</sup>  
uium conuertere & ad vrbe accedere, tres inter-  
iori ciuitati per circuitum muros, totidē exte-  
riori, hos cocto latere, illos addito etiā bitumi-  
ne, circūdedit: tum sic cōmunitaz, portas quæ vel  
templū deceant, addidit ad <sup>c</sup> hoc iuxta paternā <sup>c Nabucbo-</sup>  
regiā, alterā sumptuosiore in multo ampliō: em- <sup>donesor re-</sup>  
que exstruxit: cuius ornatum exponere fortasse <sup>gim exstruxit.</sup>

ideò supérba supráque fidem magnifica, i. g. digne-  
tū suacio perfecta est, in ea lapideas moles ex-  
celas excitauit, aspectu montib. assimiles, omnī  
que generē arborū consitas. Horū quoque pen-  
silem fecit, fama nobilem: eo quoddū vxor eius  
montanum prospectum desideraret, in Medo-  
rum regione educata. Hæc itaque retulit de præ-  
dicto Rege, & multa super hæc in libro Chaldaï-  
corū: in quo culpat conscriptores Grecos, qua-  
si avanè arbitratos, à Semiramide, Assyria Baby-  
lonem adificatā, & mira opera ab illa circa eū  
fuisse constructa, falsè conscripsisse dicens. I-  
psam certè Chaldaeum conscriptionem fide-  
dignam existimandum est, quādo cum archivis  
Phœnicum concordare videntur, quæ ex Bero-  
so conscripta sunt de Rege Babyloniorum: quo-  
niā & Syriam & vniuersam Phœnicen ille  
subuertit. In his sanè consonat & Philostratus  
in historiis, dum Tyriæ meminit obsidionis &  
Megasthenes in quarto Indicorum: ubi declara-  
te contendit, prædictum b Regem Babylonio-  
rum Herculem fortitudine & rerum gestarum  
magnitudine præcessisse. Dicit enim eū & maxi-  
mam Africæ partem, & Hispaniam subiugasse.  
Quæ verò de templo Hierosolymorum relata  
sunt, & concrematū esse à Babylonii: & coepit  
rursus adificari Cyro tenente Asia principatū,  
ex dictis Berosi declaramus. Sic enim in tertio  
libro dicit. Nabuchodonosor itaque postea-  
quam inchoauit prædictum murum, incidēs in  
languorem, de vita migravit, cum regnasset an-  
nis tribus & quadraginta. Huius regni domi-  
nus esse etius filius eius Euelmaradochus, prop-  
ter iniquitates & libidines passus insidias à ma-  
ritō sororis suæ Nitiglissoroote perempsus est,  
cum duobus regnasset annis. Quo defuncto  
sumens regnum qui ei fecit insidias Nitigliss-

a Babylonē  
à Semira-  
mide non a-  
dificata.

b Babylo-  
niorum Rex  
Herculem  
fortitudine  
& rerum  
gestarum  
magnitudi-  
ne præces-  
sus.

c Nabucodonosor's  
successor.

edor, annis regnauit quatuor. Huius filius Labosardochus, principatum quidem tenuit puer existens mensibus nouem: insidias vero passus, eo quod nimis appareret malorum esse morum, ab amicis extinctus est. Hoc itaque perempto, conuenientes hi qui fecerant insidias, communis suffragio regnum tradidere. Nabonido cuiusdam, qui erat ex Babylone ex eadem gente.

<sup>a</sup> Sub hoc muri circa fluum Babyloniz ciuitatis ex latere coste & bitumine sunt constru-<sup>b</sup> a Babylonie muri ex latere coste & bitumine  
mari. Cuius regni anno septuaginta egressus est Cyrus ex Perside cum magno exercitu, vniuersa Asia subacta, impetum fecit in Babyloniam confracta. vrbem. Sentiens autem Nabonidus invasionem eius & occurrentis cum exercitu suo, atque egressus pugna, vietus & cum paucis fugatus inclusus est in Borsippium ciuitatem. Cyrus b au-<sup>c</sup> Cyrus Nabonidus ex- tem Babyloniam obsidens, & deliberans exte-<sup>d</sup> riores muros deponere ciuitatis, eo quod nimis polluit a Babylonie.  
difficilis, reuersus est ad Borsippum, Nabonidum expugnaturus. Nabonido vero oppugnationem non expectante sed prius supplicante, usus clementia Cyrus, & dans ei habitaculum in Carmania, expulit eum a Babylonie. Nabonidus itaque reliquum vitam tempus in illa provincia conuersatus est. Hec concordant cum nostris. Scriptum namque in eis est: quod Nabuchodonosor octauodecimo regni sui anno, templum nostrum ad desolationem usque perduxit, & fuit exterminatum annis 7. Secundo vero anno regni Cyri fundamentis depositis, sursum secundo regni Darij anno perfectum est. His prolati, adiiciam etiam Phoenicum histo-<sup>e</sup> Phoenicum  
rias: non enim probationum abundantia relin-<sup>f</sup> de Iudaoris quenda est: est enim dinumeratio in illis anno- antiquitate rum: sic enim habent: Sub Rege Ichobalo Na testimonium.

buchodonosor obsedit Tyrum annis tribus & decem. Post hunc regnauit Baal annis decem. Post hunc iudices constituti sunt, & iudicauere hi. Ecnibalus Basilechi, mensibus duobus: Chelbis Abdæi mensibus decem: Abbarus pontifex mensibus tribus: Myttonus & Gerastus Abdili-mi, iudices annis sex: inter quos regnauit Balatorus anno uno: quo moriente, mittentes euocauere Merbalum ex Babylone, & quatuor regnauit annis. Eo quoque moriente, euocauere fratrem eius I:omum qui regnauit annis virginis. Sub hoc Cyrus Persarum habuit imperium.

Quapropter omne tempus est annorum quinquaginta quatuor, & mensum trium. Septimo

a Nabuchodonosor Tyrum obfides. b Chaldaeum ac Tyrorum scripsit etiam Iudei consonant.

c Græcorum de Iudaorū antiquitate et testimoniū.

<sup>a</sup> liquidem anno regni sui Nabuchodonosor capiit obsidere Tyrum: Quartodecimo autem anno Regis Iromi, Cyrus Persarum tenuit principatum. Consonant <sup>b</sup> igitur quæ de templo scripsi sunt à Chaldæis ac Tyris, cum licetis nostris. Manifestum è vero & sine contentione testimonium est, de prædicta genetis nostri antiquitate. Et his quidem non valde contendunt, sufficere iudicio quæ p̄missa sunt. Oportet autem non credentibus Barbaricis conscriptionibus, sed solis Græcis fidem habendam esse dicentibus, adhuc multos exhibere testes, etiam Græcos scientes nostrum genus, & opportuno tempore eius habentes mentionem. Pythagoras igitur Samius, cum sit antiquus quidem <sup>c</sup> zate, sapientia vero & diuina pietate philosophos omnes excellens, non solum quæ nostra sunt agnouisse manifestus est, sed etiam emulatus ea ex multis appetet. Et eius quidem con-

<sup>d</sup> Hermippi scriptio nulla reperitur. multi d tamē de eo re-de Pythag. vultere: quorum insignior est Hermippus, vir circu testimo- ea omnem historiam diligentissimus indagator. nium. Re est itaq; in primo de Pythagora libro, quod

Pytha-

Pythagoras vno familiarium suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat secum degere die nocturne: & quod præcipiteret, ut non transiret locum, ubi a finis lapsus esset, & ab aqua feculenta semetipsum abstineret, & ab omni blasphemia recederet. Deinde sequitur. Hæc autem agebat atque dicebat, Iudæorum & Thracum opiniones imitatus, ac transferens in semetipsum. Dicitur enim verè, quod ille vir multas Iudæorum leges in suam transtulit philosophiam. Fuit autem etiam per ciuitates non ignota olim gens nostra: & multi iam mores ad quasdam transierunt, & simulatione digni à nonnullis habebantur. Quod manifestat <sup>a</sup> Theophrastus in his a Theophrastus quæ scriptis de legibus. Ait enim, quia prohibuerunt Tyrorum leges & peregrino sacramenta iurare. Inter quæ sacramenta cum quibusdam aliis etiam iusserandum, quod <sup>b</sup> Corban appellatur, enumerat: apud nullos autem hoc inueniuntur iutamentum, nisi apud Iudeos solos: quod interpretatur ex Hebraica lingua, donū Dei. Verum <sup>c</sup> neque Herodotus Halicarnassēus nostrā <sup>d</sup> Herodotus ignoravit gentem, sed quodanmodo eius minister cognoscitur. De Colchis enim referens, <sup>e</sup> sive de Iudeis in secundo libro sic dicit: Soli autem inter orationum cirkuncisionem, Colchi, & Ægyptij, & Æthiopes, verenda ab initio circuncidunt. Phœnices vero, & Syri in Palæstina contentur hoc ab Ægyptiis didicisse. Syri autem qui circa Thermodoontem & Parthodium fluvium commorantur, & his vicini Macrones à Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi namque sunt inter homines soli, qui circunciduntur: & isti sicut Ægypti facere dicuntur. De Ægyptiis autem, & Æthiopibus dicere non possum, utri ab alteris, didicere. Dixit ergo Syrus, qui in Palestina fuit, circuncidi. Omnia.

FLAVII JOSEPHI

autem qui habitant Palæstinam, soli Iudei circumciduntur. Hoc igitur sciens, de ipsis dixit.  
*a Chorili,* *Quin & Chœtilus, antiquus Poëta, meminit antiquis Poësa, de Iudeo.* de gente nostra, dicens quod militauerunt nostri maiores cum Xerxe Persarum Rege contra rum gente Græcos: & enumerans universas gentes, nouissimum nostram posuit, ita dicens:

*Huius miranda Specie gens castra secesserat,  
Phanissam ignota languam mittebat ab ore.  
Sedes huic Solymi montes, stagnum prope vasum,  
Tenso caput circum, squalleni vertice equum  
Exuus ac capite durata igne gerebat.*

*b Asphaltet-* Palam ergo est, sicut arbitror, qui nostri memi-  
*cis Ragnum.* nerit, eo quod & Solymi montes in nostra re-  
gione sunt constituti, in quibus habitamus, & *b*  
stagnum, quod dicitur Asphaltites. hoc enim in-  
ter omnes stagnum in Syria latius atque maius  
est. Et Chœtilus quidem ita nostri meminit.

Quod autem non solum sciebant Iudeos, sed etiam in quotquot incidenter admirabantur. no-  
è vulgo Græci: sed ob sapientiam celebres, o-

*c Clearchi* stendere facile est. Clearchus enim Aristote-  
*Aristotelis* lis discipulus, & Peripateticorum nulli secun-  
*discipuli de* dus, in primo libro de somno, dicit Aristote-  
*Iudei testi-* lem doctorem suum, de quodam viro Iudeo ita  
*muniūm.* referre: & ipsi Aristoteli eundem sermonem as-  
scribit, quod ita conscriptum est. Sed alia qui-  
dém longum est dicere. Quæ verò habere po-  
tuerant illius admirationem quandam atque  
philosophiam, ea daco operæ pretium referre.

Et Hyperochides: vehementer, inquit, audire  
desideramus universi. Igitur secundum præse-  
pta, Aristoteles inquit, Rhetorica, eius genus  
primo iudicabimus, ne reludemur doctribus  
præceptorum. Dic, inquit Hyperochides, ita si  
placet. tum ille, genere igitur Iudeus erat, cœ-  
lesyria: qui sunt ex propagine Philosophorum  
Indorum.

Indorum, vocanturque (ut aiunt) philosophi, apud Indos Calani, apud Syros autem Iudei nomen accipientes à loco. locus enim ubi habitat, appellatur Iudea. nomen vero eorum ciuitatis valde difficile est: vocant enim eam nomine Hierusalem. Is igitur homo multis hospitio recipiens, & de superioribus ad maritima descendens, grauius erat non solum eloquio, sed etiam animo. Et tunc nobis degentibus apud Asiam, cum diuinus homo venisset ad ea loca, confabulari cœpit nobiscum, & cum aliis scholasticis eorum sapientiam tentans, cumque multi eruditorum cōgregarentur, tradebat potius aliquid eorum quæ habebat. Hac ait Aristoteles apud Clearchum, & super hæc multa admirabilem continentiam Iudeæ virti in cibis & castitatem narrat. Licet autem volentibus hæc ex ipsius lectione cognoscere. ego enim refugio plus quam decet inferere. Clearchus igitur facta digressione, cum aliud propositum haberet, nostri generis ita meminit. Hecatæsus<sup>a</sup> au- tem Abderita, vir philosophus simul & circa a- giones industrius, cum Alexandro Rege nutri- <sup>b</sup> sum. Alexan- tus, & cum Ptolemæo Lagi commoratus, non dro Rege obiter, sed integrum de ipsis Iudeis conscripsit <sup>c</sup> nūrisim.

librum. Ex quo volo breuiter quædam eorum quæ ab ea sunt dicta percurrere. Sed primitus tempus ostendam. meminit enim prælij, quo circa Gazam Ptolemæus conflixit cum Demetrio, quod utique contigit undecimo quidem anno post mortem Alexandri, Olympiade vero septima & decima atque centesima, sicuti resert Castor: adiiciens enim hanc Olympiadē, dicit: Sub hac Ptolemæus Lagi vicit in Gaza prælio Demetrium Antigoni, qui vocabatur Poliorcetes. Alexandrum vero profite- tur yniuersi centesima, & quartadecima Olymp-

# Flavi Joseph

piade fuisse defunctum. Palam ergo est, quia & secundum illud tempus, & sub Alexandro genus florebat nostrum. Dicit igitur Hecatæus, qui a post prælium ad Gazam, Ptolemæus locorum quæ sunt circa Syriam dominus est effetus. Et multi hominum cognoscentes mansuetudinem & clementiam Ptolemæi, cum eo proficiisci ad Agyptum, & rebus communicare voluere. Quorum unus, inquit, erat Ezechias pontifex Iudeorum: homo aetate quidem quasi sexaginta & sex annorum, dignitate vero apud contribules maximus, & animo sapientissimus, potentissimus ad dicendum, & circa causas sicut nullus alter expertus. dicit & etiam omnes Sacerdotes Iudeorum qui decimas accipiunt, & uniuersa in communi gubernant, circa mille & quingentos existere. Rursum autem praedicti vici faciens mentionem: hic, inquit, homo hunc honorem gerens, & assuerus esse nobiscum, assumens aliquos suorum, differentiam cunctam exposuit: & habitationem suam & conuersationem, quam scriptam habebat, pariter indicauit. Deinde palam facit Hecatæus, quales circa leges existimus: & quia omnia sustinere, ne transcendamus eas, eligimus: & hoc esse optimum iudicamus. Dicit igitur haec: Et male sapienter finitimi audientes, & omnes contumelias passi a Persicis Regibus & satrapis, nos possunt mente mutari. Sed cum magna exercitatione, de his præcipue omnibus respondere parati sunt. Perhibet autem etiam indicia fortis animi circa leges non parua, dicens, Alexandro quondam in Babilone constituto, & volente Beli templum quod coruerat renouare, cunctisque militibus similiter sudore portata præcipiente: solos Iudeos hoc facere non sustinuisse: sed etiam multas plaga-

a Mille &  
quingenti  
fasserdoes  
Iudeorum  
decimas ac-  
cipiunt.

Iudeorum  
contra Ale-  
xandrum  
confidencia.

ges, & detrimenta perniciē non modica, do-  
nec eos ignoscere Rege securitas præberetur.  
Qui dum ad prouinciam, inquit, propriam, re-  
uersi fuissent, templa & altaria fabricata omnia  
destruxerē. & pro aliis quidem multam satra-  
pę exoluēre, pro aliis verò veniam consecuti  
sunt. Adiicit autem, quod merito ob hæc mi-  
rabiles sint. sit quod gens nostra fuit multorum  
hominum numero copiosa: sed multa millia  
nostrorum traducta, in Babylonia Persæ pri-  
num cœllocarunt: nec pauca etiam morte Ale-  
xandri in Ægyptum & Phœnicen sunt transla-  
ta propter seditionem in Syria factam. Idem  
vir & magnitudinem prouinciarum quam incoli-  
mus, pulchritudinemque narravit. Penè de-  
cies trecenta millia, inquit, iugera terrarum  
optimarum vberimæ prouinciarum possidere no-  
scuntur. Iudea <sup>a Amplitu-</sup> nāmque huius est amplitudi-  
nis. Et quia etiam ciuitatem ipsam Hierosoly-  
morum spatiösam & maximam olim inhabita-  
mus, & vitorum multitudine copiosam, nec  
non & templi constructionem, idem ipse sic  
refert: Sunt autem Iudeorum & aliorū quidem  
multæ munitiones per prouinciam, atque vi-  
ci. Una verò ciuitas munitissima, habens b præ-  
cipue circuitum quinquaginta stadiorum, in ferè seu mil-  
qua commorantur hominum circa centum & liaria Ger-  
quinquaginta millia, nomine Hierosolyma. manica con-  
Est autem in media ciuitate lapidea quadri-  
porticus, centum per circuitum cubitorum,  
habens etiam duplices ianuas: in qua ara est  
quadranguli figuratione compoſita ex lapidi-  
bus non dolatis sed collectis, vnumquodque  
latus viginti cubitorum latitudinem habens, al-  
titudinem verò decem. & circa eam maxima  
fabrica, ubi altare est constitutum & candela-  
bium, vitaque aurea, duorum talentorum pon-  
de Iudea.

dus habentia & inextinguibile lumen noctibus  
& diebus. Simulacrum vero aut aliquod ana-  
thema ibi nequaquam est, nec villa plantatio.  
nullus ibi veluti lucus, aut aliquid huiusmodi.

*Sacerdotes* Habitant & autem in eo & noctibus & diebus  
in iēpō ha- sacerdotes, quasdam purificationes agentes, &  
bitant, & omnino vīnum non bibentes in templo. Insu-  
vinum non per autem, quia & cum Alexandri Regis suc-  
bibunt.

cessoribus postea militarunt, testatur hoc mō-  
do, dicens ea quae cognoverit à viro Iudeo in  
expeditione constituto, cuius verba subiiciam.  
Ait enim: Me siquidem eunte ad mare rubrū,  
vnā securus est quidam cum aliis equestribus Iu-  
dæorum nos deducentium, nomine Mosolla-  
mus, vir animosus, inter omnes sagittarios Grē-  
cos & Barbaros præcipuus. Is igitur homo pro-  
perantibus multis pariter, & quodam vate au-  
gurium captante, & petente ut cuncti starent,  
interrogavit, cur substitissent omnes. Ostenden-  
te vero ei vate auem quam intuebatur, atque  
dicente: quod si quidem expediret eis, ut mane-  
rent omnes, staret avis: si vero surgeas anterius  
euolaret, procederent: si vero post tergum ire:  
recedere cunctos oporteret: rursus tacens, at-  
cūmq; trahens, sagittam emisit: & auem percus-  
sam interemit. Indignantibus vero vate & qui-  
busdam aliis, & maledicentibus ei: Quid furitis,  
inquit, infaustissimam auem sumentes in ma-  
nus? hec enim suam salutem nesciens, de nostro  
itinere nobis prosperitatē potuit indicare? Si  
enim præscire futura valuerit, in hunc locum  
nequaquam venisset, metuens ne sagitta à Mo-  
sallamo Iudeo petiret. Sed Hecatzi testimoni-  
nia iam quiescant. facile nāmque est volenti-

*b* Agatharchibus ipsum librum legere, & hec apertius inue-  
dis de Iudeis nire. Non b̄verò me pigebit Agatharchidem in-  
testimonium, truducere, licet homo minimè malus, ut si vias  
est.

est, nobis de traxisse videatur. Is enim narrans  
de Stratonice, quemadmodum venit in Syriam  
ē Macedonia viro suo Demetrio derelicto : Se-  
leuco autem vxorem eam ducere nolēte, quod  
illa sperabat, exercitu eius in Babylonia posito,  
circa Antiochiam bella mouit. Deinde quomo-  
do reuerso Rege Antiochia capta, in Seleuciam  
illa fugiens, cum posset velocius ab nauigare,  
sonno prohibita ne faceret, capta aq; defun-  
cta. Hoc ergo p̄fatus Agatharchides, & de-  
rogās superstitioni Stratonices, utitur exemplo  
generis nostri, sic scribens: Qui vocantur Indezi,  
habitant omnium munitissimam ciuitatē, quam  
vocare Hierosolymam prouinciales solent. hi a Sabbathū  
vacare consueti sunt septima die, & neq; arma Indorum.  
portare in p̄dictis diebus, neque terrę culturā  
contingere, neque akerius cuiuspiam curam ha-  
bere patiuntur, sed in templis extendentes ma-  
nus, adorare vīq; ad vesperam soliti sunt. Ingre-  
diente verò in ciuitatem Ptolemyo Lago cū ex-  
ercitu & multis hominibus, cum custodire de-  
buerint ciuitatem, eis stultitiam obseruantibus,  
prouincia quidem dominum suscepit amarissi-  
mum: lex verò manifestata est malam habere  
solemnitatem. huiusmodi autē casus, p̄pter illos  
alios quoq; docuit vniuersos: vt tunc ad sonnia  
& opiniones quæ tradebantur de lege confu-  
giant, dum circa res necessarias ratio nihil va-  
let humana. Hoc quidem Agatharchidi videtur  
esse ridiculū, eis autē qui hæc examinant inte-  
grius, apparet magnū, & p̄cipua laude dignis-  
simū: si & saluti & patria quidem, custodiā Je-  
gū pietatēmq; diuinā proponere concupiseant. b Cur quidā  
Quod b verò non ignorantes quidam conscri- historiogra-  
ptorum gentem nostram, sed p̄pter inuidiam phis Indorum  
quasdam ob similes causas memoriam nostri mentionem  
omiserunt, hoc indicium me arbitror esse p̄- miseriū.

bitum. Hieronymus enim qui de successoribus cōscriptis historiam, ipso tempore quo Hecatæus fuit: & amicus existens Regis Antigoni, Syriæ præsidebat. Verum Hecatæus etiam librum conscripsit de nobis: Hieroaynus autem nequaquam nostri in historia meminit, licet penè in ipsis locis nutritus esset. In tantum voluntates hominum differebant, alter namq; dignos existimauit de quibus diligenter ~~memorię~~ proderet: alterum verò omnino circa ~~memorię~~ quædam passio cernitur obscurasse. Sufficiunt tamen ad comprobationem antiquitatis nostræ ~~Ægyptio: um~~ & Chaldaeorum atque Phoenicum historiæ, & super illas Græcorum pariter conscriptores. nam præter supradictos, Theophilus etiam & Theodotus, & Maætas, & Ariphanes, & Herniogenes, & Euemerus, & Conon, & Zopyrion, & multi fortasse alij (non enim ego omnibus libris incubui) non obiter nostri fecerunt mentionem. Plurimi namque prædictorum virorum, veritate quidem antiquarum rerum frustrati sunt, quia lectioni sacrae nostrorum non incubuere librorum communiter tamen de antiquitate testati sunt, pro qua nunc dicere proposui. Phalerens sancè Demetrius, & senior Philon, & Eupolemus, non multum veritate frustrati sunt: quibus dari veniam dignum est. Nō enim inerat eis, ut nostras literas possent omni-  
 a Postremū scrupulositate sequi. His ita dictis, unum ad capitulo con'huc mihi capitulum est relictum ex his quæ in ea quærum. principio libri posui, quatenus derogationes & dam deroga maledicta, quibus vtuntur quidam contra generationes: & ~~maledicta.~~ unus nostrum, falsas ostendam: & cōscriptoribus eorum testibus utar, quando consribentes hæc contra se metipso locuti sunt talia. Quod verò multis aliis hoc euenit propter quorundam o-  
 dia, arbitror intelligere eos qui in historiis ver  
 sati

sari solent. Quidam enim gentium, & gloriofissimatum ciuitatum foedare nobilitatem, & cōuersationi detrahere tentauere: Theopompus quidem Atheniensium, Lacedæmoniorum verò Polycrates. Is autem qui Tripoliticum conscripsit (non enim Theopompus hoc fecit, sicut quidam putant) etiam Thebæorum momordit urbem. Multa verò etiam Timæus in historiis de prædictis, & de aliis bl. sphemauit. Et hoc præcipue faciunt, quādo gloriofissimos in aliqua parte calumniantur: quidam propter inuidiam atque malevolentiam, alii verò propter verbosam nouitatem memoria se dignos iudicantes, & apud stultos quidem nequaquam hac spe fraudantur, qui non sanum noscuntur habere rudi-  
 cium: sani verò auditores eorum malignitatem condemnabunt. Blasphemiatum <sup>a</sup> igitur in nos <sup>a Blasphemiarum inter Indos.</sup> sepe congestarum huiusmodi causa est. Volen-  
 tes Ægyptiis gratificari quidam, veritatem cor-  
 rumpere tentauere. Et neq; aduentum in Ægy-  
 ptum nostrorum progenitorum, sicut contigit, prius causa  
 sunt confessi, nec tursus egressum cum veritate  
 dixerat: multaq; causas odij ac inuidiae pariter  
 habuere. Principio quidem, quia in eoru regio-  
 ne nostri progenitores potentes esse & i sunt: un-  
 de regressi ad propria denuò fuere felices. De-  
 ñide sacroru diuersitas, multis inter eos fecit i-  
 namicias: in tantum præstantiore nostra pietate  
 quam solennitates illorum, quantum Dei  
 natura animalibus irrationalibus sine dubita-  
 tione præstat. Cōmunis <sup>b</sup> namq; apud illos ritus <sup>b</sup> ~~Egyptie~~  
 est, eiuscemodi bruta arbitrari Deos: sigillatim ~~rur idola~~  
 autē alij alia colūt, vani ac fatui omnino homi-  
 trias, & ab initio vti his malis opinionib. cōsue-  
 ti: & propterea nequaquam imitari nostrā hone-  
 statem de diuina ratione potueret. Videntesque  
 multos nostram zelazj conuersionem, insidiis

habuerent: & ad tantam fatuitatem ac pusillanimitatem quidam perducti sunt, ut non pigeret eos etiam contra antiquas suorum scriptiones aliqua dicere. Qui cum hoc faciunt, sibi metipsis aduersa conscribere passionem cætitatis ignorauerit: in uno tamē & maximo vito verbum meum comprobabo, quo usus sum ante paululum nostis.

**a Manetho.** antiquitatis teste. Manethō itaq; qui **Egyptiacam historiam ex literis sacrī se interpretaturum** pollicitus est, præfatus nostros progenitores cum multis milibus in **Egyptum** aduenisse, & illic incolas subiugasse: deinde ipse confessus est, quia posteriori tempore amittentes eam prouinciam quæ nunc Iudæa vocatur obtinuerint: & ædificantes Hierosolymam, construxerint templū. Et haec enī cōscriptiones secutus est antiquorum. Deinde surpans sibi licentiam, professusque se scribere ea quæ in fabulis vulgaribus feruntur, incredibilia verba de Iudeis

**b Manetho.** inseruit, volens b permiscere nobis plebem, **Eenu de Egyptiorum leptosorum, aliorumq; languentium, præbrum le-** quod, sicut ait, abominatione ex **Egypto** fuga profis fabu- dilapsi sunt. Amenophis enim Regem adiecit, la. quod est falsum nomen. Et propterea tempus regni eius nequaquam diffinire præsumpsit, cū aliorum Regum omnes annos perfectè protulerit. Hinc itaq; quasdam annexat fabulas, penè oblitus, quod egressum pastorum ad Hierosolyma ante quingentos decem & octo annos factū esse protulerat. Themusis enim erat Rex, quando egressi sunt. Et ab hoc tempore, Regum qui postea fuere, anni sunt trecenti nonaginta tres, usq; ad fratres nomine Sethonem, & Hermæū: Quorū Sethonē quidem **Egyptum**, Hermæū ve- rō **Danaū** denominatū dicit: quem expellēs, inquit, Sethō, regnauit annis quinquaginta & no- mē; & post hunc seniū è filiis Rhampses annis sexaginta

sexaginta sex. Ante tot igitur annos egressos ex **Egypto** patres nostros confessus, deinde Amenophin adiiciens Regem, hunc ait & Deorum fuisse contemplatorem, sicut Orum quendam priorum Regum: & impletissimum desiderium eius sacerdotem Amenophin natū ex patre Papio: qui videbatur quasi diuina participare natura, secundum sapientiam præscientiamq; futurorum. Et dixisse Regi hunc cognominem, quod posset videre Deos, si prouinciā à leprosis & aliis maculatis hominibus purgata cōtenderet. In quo lētatū Regem, omnes dicit corpore debiles ex **Egypto** congregasse, & fecisse multitudinem numero octuaginta milia. Eōsq; ad sectiones lapidum in partem Nili orientalem misisse: simul & alios **Egyptios**, quibus hoc erat iniunctum. Puisse autem quosdam inter eos etiam eruditorum sacerdotū lepra perfusos ait. Amenophin vero illum sapientem diuinumq; virū refert timuisse & erga semetipsum & erga Regem Deorum indignationem, qui aperte suaserat eis vim fieri: & dixisse, quoniam auxiliarentur quidā maculatis hominibus, & **Egyptum** obtinerent tredecim annis. Et hēc eum non quidē præsumpsisse Regi dicere, sed de his hominibus conscriptam reliquise librum, ac sibi mortem consciuisse. & propterea Regem in anxietatem maximam peruenisse. Deinde ad verbum hēc refert.

Itaque rogatus Rex, ut ad requiem & tutamē eorum secerret ciuitatem, desertām urbem, quz fuerat pastorum, nomine Auarim, præbuit eis. Est autem hēc ciuitas secundum theologā antiquā, Thryphonis. Porrè illi in hēc ingressi, & locum hunc ad rebellandū optimum ducē fibimēt quendā Heliopolitanorū Pontificū **Osar a Osaraphus** Siphū constituere, & huic se obedire in omnib. **Dux Auarauerunt**. at ille primū quidē eis legē posuit,

ut neque Deos adorarent, neq; ab animalibus,  
 quæ præcipue sacra apud Ægyptios erant, se per-  
 nitius abstinerent: nulliq; copularentur, nisi cū  
 quibus fœdus habere videbantur. Hæc autem sen-  
 tientis, & alia plura, maximè Ægyptiorum cōsuetu-  
 dinibus inimica, præcepit multo opere muros  
 ædificari ciuitatis: & ad bella præparari contra  
**Amenophin Regem.** Ipse vero assumens secū etiā  
 alios sacerdotes, & maculatorū quosdā, misit le-  
 gatos ad pastores: qui videbātur à Themuse Re-  
 ge depulsi ad Hierosolymorū urbē, causas suas  
 & aliorū qui simul fuerant exhonorati, signifi-  
 cans, & poscens ut pariter contra Ægyptū castra  
 metarentur, prouisitque eos fore venturos: pri-  
 mum quidem in Auarim progenitorum suorū  
 prouinciā, & necessaria populis abundatius ex-  
 hibenda: pugnatores autem opportuno tem-  
 a ~~Eiectorum~~ <sup>etiam</sup> pote, & prouinciā faciliū subdituros. Illi ave-  
 contra ~~Ægy~~ rō læticia cumulati, omnes alacriter vsq; ad da-  
 cēta millia virorū pariter sunt egressi & nō post  
 multum ad Auarim vsque venere. Amenophis  
 autem Ægyptiorū Rex, dum illorum audisset in-  
 vasionē, non mediocriter percussus est, dum re-  
 cordaretur quod ei prædictus erat Amenophis Pa-  
 pijs. Et primum quidē congregans Ægyptiacam  
 plebem, facto consilio cum principiis eorum  
 animalia sacra, & quæ præcipue à sacerdotibus  
 honorabātur, antē præmisit, & sacerdotibus par-  
 ticulariter iussit, ut simulacra eorū cautē cela-  
 rēt. Filium vero Sethonē, qui etiā Rameſses à  
~~Ægyptis~~ Rampsē patris nomine vocabatur, cùm quinq;  
 rum Rex in esset annorū, apud suum commendauit amicū.  
~~Ethiopiam~~ Ipse vero transiens cum aliis Ægyptiis, vsq; ad  
 fugit, cumq; trecenta milia virorum, bellatoribus viris oc-  
~~Ethiopum~~ currens, cōgressus non est. Putans benim semet-  
 Rex honori ipsum contra Deum pugnare, terrorsum tever-  
 fice, ~~safipit~~ sus vénit ad Memphis; & sumens Apim & alia  
~~sacra~~

sacra mox in Aethiopiam cum viuētis nauibus & multitudine venit Agyptiorum. Per gratiam namq; erat ei subiectus Aethiopum Rex: propter quod suscipiens etiam populū vniuersum p̄t̄buit alimenta hominib⁹ necessaria, quę prouincia ministrabat, & ciuitates ac vicos, qui ad fatale illud tredecim annorū exiliū sufficerent. Et in Aethiopia quidem hęc gesta sunt. Solymitæ vero descendentes cū viris pollutis Agyptiorum, sic pessimè hominibus visi sunt, ut eorū victoria esse pessima his qui tunc eorum impietates inspiciebant. non solum etenim ciuitates & vicos concremauere, sacrilegia facientes, & Deorum idola deuastantes, sed etiam ipsa sacra animalia quę célébantur crudelissimè discerpserunt, peremptores & occisores horū sacerdotes atque prophetas esse cogentes, quos etiam expellebant nudos. Dicitur itaque, quđ policias & leges eis composuit sacerdos quidā, genere Heliopolites, nomine <sup>a</sup> Osarsiphus, vocatus ex nomine Osiris Heliopolitani Dei: qui postea <sup>b</sup> Amenophis est cum magna virtute simul & filius eius Rāp̄ses, & ipse habens magnum exercitum. Et congregati contra pastores atque pollutos, vicerunt eos, & multis cæsis persecuti sunt eos usq; ad Syria fines. Hęc equidem & huiusmodi Manetho cōscripsit. Quia vero anilia loquitur <sup>b</sup> delitamenta, atq; mentitur, aperta ratione mōstrabo: illud <sup>c</sup> nō figurans primo distinguēs, quod postea referendū est. Is depulso, enim concessit nobis, atque professus est, quđ ab initio nō fuerint Agyptij genere, sed extraneus illuc aduenissent, & Agyptū obtinuerent

& ex eatus egressi sunt nostri progenitores: quod verò notis postea permixti non sunt Aegyptij corpore debilitati: & quod ex his non fuit Moses, qui populum duxit ex Aegypto: sed ante multas generationes extitit, per ea quæ ipse dixit, cenabor ostendere. Primam itaq; causam posuit figmenti ridiculam. Rex enim, inquit, Amenophis concupit videre Deos, quos putas? siquidem qui apud eos solennes erat. Bouem & Hirum, & Crocodilos, & Cynocephalos, videbat. cœlestes autem quomodo poterat? & cur hoc habuit desiderium? quia utique & prior Rex alter hos viderat? Ab illo ergo audiens, quales essent, & quemadmodū eos vidisset, noua nequam egebat arte. sed forte sapiēs erat ille vates, per quem hæc Rex posset agere confidebat. quod si ita fuisset, quomodo impossibilium cōcupiscentiam non praesciuit? non enim euenit quod voluit. Proinde quam rationem habere potuit, ut propter mutilos aut leprosos ei invisibles essent? Itascutur enim propter impietates, non propter corporum vitia. Deinde, tam multa in illia leprosorum & male habentium, una penè hora quomodo fuit possibile congregari? aut quomodo Rex non obedivit vati? Ille namque præcepit debiles Aegyptios exilio deportari, hic autem eos ad se & iones lapidum destinavit tāquam operariis indigens, & non purgare provinciam volens. Ait autem quod vates semetipsum peremit, præuidens Deorum iram, & quæ erant in Aegypto futura, & conscriptum librum Regi reliquit. Proinde quomodo ab initio vates etiam suum interitum non praesciuit? quomodo non repente Regi contradixit volenti videte Deos? aut qua ratione timebat, iam non sui temporis calamitates? aut quid nam grauius imminebat, quod morte pœnaret? Quod vero in-

rō inter omnia stultius est, videamus: Audiens  
 • enim h̄ec, inquit, & de futuris iam metuens, a Verborum  
 debiles illos quibus Ægyptum purgare debue- Manethon  
 sat, neque tūc de prouincia pepulit: sed rogan- repositio.  
 tibus eis, sicut ait, ciuitatem dedit dudum à  
 pastoribus habitaram quæ vocabatur Auaris,  
 Ad quam congregati, principem inquit, dele-  
 gere ex sacerdotibus Heliopolitanis: qui eis le-  
 gem posuit, ut neque Deos adorarent, neque  
 ab Ægyptiacz festiuidatis animalibus abstine-  
 rent, sed omnia perimerent, atque consume-  
 rent, nullique penitus miscerentur, nisi cum  
 quibus coniuncti esse videbantur, & iureiuran-  
 do multitudine obligata, quatenus in eis legi-  
 bus perdurarent, Auarim ciuitatem munitam  
 contra Regem dicit eos bello sumpfisse. Adie-  
 cit autem, quia misit Hierosolymam rogans il-  
 los pro auxiliis exhibendis, & daturum Aua-  
 rim compromittens, quæ foret ex Hierosolymis  
 volentium exire maiorum: & ex qua proce-  
 dentes omnem Ægyptum obtinerent. Deinde  
 subiungit illos quidem venisse cum ducentis  
 millibus armatorum, Regem verò Amenophim  
 Ægyptiorum, cùm nolle et repugnare Deo.  
 mox ad Æthiopiam refugisse, & Apim cum a-  
 liis sacris animalibus deuexisse. Hierosolymitas  
 verò inuasione facta, & ciuitates depopulatos,  
 & templa concremasserunt, & equestres permissi  
 refert: & nulla iniuritate aut crudelitate absti-  
 nuisse. Qui verò politiam & leges eis exhibuit,  
 sacerdos, inquit, erat genere Heliopolites,  
 nomine Orsaphus, vocatus ab appellatione  
 Osiris Heliopolitanus Dei, & mutato nomine  
 dictus postea Mōsēs. Tertiodecimo verò anno  
 Amenophin, postquam regno suis est, ex  
 Æthiopia profecto cum multis milibus dicit: &  
 congressum contra pastores atque pollutochag-

bita confictione viciſſe. & multos interficien-  
 tem vsque ad fines Syriæ persecutum. In his ite-  
 rum non intellexit sine verisimilitudine se mé-  
 titi. Leprosi namque & cum eis multitudo col-  
 lecta debilium, licet primitus irascerentur Re-  
 gi, circa se vtique talia facienti, secundum præ-  
 monitionem vatis, tamen cùm à ſectione Iepi-  
 dum ſunt egressi, & prouinciam percepere, o-  
 mnes circa eum mitiores effecti credendi ſunt.  
 Porro ſi adhuc & illū odio habebant, ſe orsum  
 magis insidiari potuiffent, non omnibus bellum  
 inferre, cùm ſcilicet plurimi existentes multorū  
 illic cognationes haberent. Proinde etiā ſi con-  
 tra homines pugnare decreueret, non tameſ  
 contra Deos impietatem gerere præſumebant:  
 nec contraria ſuis agere legibus, in quibus edy-  
 cati eſſe noſcuntur. Oportet itaque nos Ma-  
 ſium depauperati thoni gratias agere: quoniam huius iniqutitatis  
 ſeo.  
 principes dicit, nō eos qui ex Hierofolympia ſunt  
 egressi, ſed illos ipſos Agyptios eſſe probat, &  
 maximè ſacerdotes, atque iuriſurādi vinculum  
 illorum multitudine conueniſſe. Illud autem  
 quomodo non irritationabile eſt? Domestico-  
 rum quidem & amicorum nemo cum illis re-  
 bellauit, nec periculorum belli particeps factus  
 eſt: ſed mitere maculatos ad Hierofolympiam, &  
 ab eis auxilia poſcerent. quanam amicitia au-  
 ſocietate intercedente? hostes enim magis erāt  
 & moribus plurimum differebant. At illi con-  
 festim, vt ait, vocantibus morem geffere, nem-  
 p̄e induci pollicitationibus, quodd Agyptum oc-  
 cupaturi eſſent: quaſi ipſi non admodum eius  
 regionis gnari eſſent, ex qua per vim pulsi fue-  
 rant, qui ſi tum miseram aut egenam vitam e-  
 giffent, merito fortasse negocium aggressi eſſent. Cùm autem urbem habitarent fortunatam,  
 & agrum amplius meliorem Agypto colerent,  
 quid

quid tandem erat, cur ob veteres hostes eosque corporibus affectis, quales nemo domesticos fecerat periculum adirent: neque enim futuram Regis fugam praescriebant. nam, ut ipse dixit, si  
Ius Amenophis cum trecentis millibys ad Pe-  
lusium occurrebat. & hoc quidem omnino scie-  
bant qui proficiscebatur: mutationem vero pro-  
positi & fugam vnde coniectare poterant? De-  
inde occupatis horreis Aegypti, multa mala fe-  
cisse ait Hierosolymitanum exercitum: atq. haec  
eis exprobrat: quasi non hostes eos induxisset:  
aut quasi haec sunt abinde acciso milii obici-  
da, cum eidem ante aduentum eorum fecis-  
sent facturisque se iurassent ipsi Aegyptij. Quin  
etiam aliquando post Amenophis hostes aggres-  
sus praelio vicit: fusisque ac fugatos Syriam usque  
perieccutus est, adeo scilicet Aegyptus est omni-  
bus undeunque inuidentibus captiu facilis: &  
qui tunc ea iure belli poriebantur, cum scirent  
Amenophin vivere, neque aditus ab Aethiopia  
communiuerant, multas ad hoc commoditates  
habentes, neque alioquin copias contraxerant.  
Ille vero usque Syriam trucidans eos (vt ait) per-  
secutus est per arenosa & inaquosa loca. Scilicet  
ea vel quieto exercitu transire expeditum est. I-  
gitur auctore Manethone neque ex Aegypte ge-  
nus nostrum oriundum est, neque illinc aliqui  
admixti sunt. Leprosorum enim & morbidorum  
multos in lapidinis periisse verisimile est, mul-  
tos in praeliis, plurimos vero postremo & in fu-  
<sup>2</sup> Ad Mæ-  
ga. superest vt de Mose illi contradicam. Hunc nehenus de-  
virum mirandum Aegyptij & diuinum existi-  
-mant, sed non sine blasphemia incredibili sibi diffare respon-  
-vindicare conantur, dicentes b Heliopoliten ef-  
-fio.  
Se vnum sacerdotum, ob lepram cum aliis pul-  
-sum. Ostenditur autem in ratione temporum, profan non  
-du vani annis prior fuisse, & patres nostros ex fuit,

Egypto in regionem quam nunc tenemus e-duxisse. Quod verò eiusmodi calamitatis cor-pus expers habuit, ipsius dicta indicant. Lepro-sis enim & oppidis & vicis interdixit, ut seorsim in lagero vestitu agant: & eum qui eos atti-gisset, aut sub idem tectū successisset, pro impu-ro habet. Quin etiam si eo morbo liberari, & in pristinū restitui contingat, prescripsit certas putificationes, mundationes, & fontanarum aquarum lauacra, & omnium pilorum abrafio-nes: multisque & variis sacrificiis peractis, rur-demum sanctam urbem aedificandā. Atqui contrā par erat qui talem calamitatem expertus esset prouidentiam aliquam ac humanitatem exhibe-re simili infortunio pressis. Non solum autem de Leprosis sic leges tulit, sed ne minima quidem corporis parte mutilatos ad sacerdotum cu-rum admisit. Sed etiam si iam sacerdoti aliquid sale accidisset, honore eum priuauit. Quomo-do igitur verisimile est illum has aduersus se metu ipsum cum opprobrio suo damnōque tulisse leges? Quin & nomine valde incredibiliter au-tauit. Osartiph enim (inquit) vocabatur. Hoc ad transmutationem nihil quadrat. Verū autem nomen significat ex aqua feruatum Moses.

a Moses à  
Moy, quod  
Ægyptu-

In Chare-  
monem hi-  
storiogra-  
phis.

Nam aquam Ægyptij Moy vocant. Satis igitur declaratum existimat, quod Manethon qua-  
nus veterum scripta sequitur, non multum à ve-  
quam signi- ritate abertat. Vbi verò ad vulgares fabulas se-  
firat, dicitur. vertit, aut absurdè eas confingit, aut in odium  
gentis loquentibus credit. Post hunc inquiri-  
libet in Charemonem. Hic enim Ægyptiacam  
se scribere historiam professus, addens idē no-  
men Regis quod Manethon Amenophi, & fi-  
lium eius Rhamessén, ait isidem in seminis A-  
menophi apparuisse, incusantem quod tem-  
plum suum per bellum ditucum esset. Phiriti-  
phau-

phauten verò sacrum scribam duxisse, si à polluti-  
 bus hominibus Ægyptum repurget, liberandum  
 eum à nocturnis terroribus, atque ita delectu-  
 vitiosorum morborum habito, CCL. millia  
 è finibus eius. Duces verò eorum fuisse scri-  
 bas Mosen & Iosephum, quem etiam sacrum  
 scribam fuisse: Ægyptia verò eis nomina esse  
 Mosi Tisithen, Iosepho Perefephi. Hos Pelusium  
 venisse, ibique offendisse CCC.LXXX. millia, ab  
 Amenophi relicta, quæ is in Ægyptum transfer-  
 se noluerat: cum is isto foedere contra Ægy-  
 ptum expeditionem habitam, Amenophin a au- a Messene;  
 tem non expectato impetu eorum, in Æthiopiā Amenophis  
 fugisse, relicta uxore grauida: quam delitescen- filius.  
 tem in quibusdam speluncis enixam puerum b Manetho  
 nomine Messenē. eum posteaquam ad virilem nū c Chæ-  
 statem peruenisset expulisse Iudeos in Syriam remonis hi-  
 numero circiter ducenta millia, & patrem A- storia compa-  
 menophin ex Æthiopia recepisse. Et hæc qui- ratio.  
 dem Chæremon. Reo b autem ex his ipsis quæ  
 dicta sunt amborum vanitatem apparere. Si-  
 quid enim veritatis subesset, impossibile erat in-  
 tantum eos discrepare, at qui mendacia compe-  
 nunt. non aliorum scriptis consona scribunt, sed  
 quæ ipsis libet configunt. Ille igitur regiam  
 cupiditatem videndi Deos, ait initium fuisse  
 pollutos ciisciendi. Chæremon autem suum de-  
 lide somnium finxit, & ille quidem Amenophin dixit indixisse Regi purgationem: hic ve-  
 rò Phritiphautem. iam multitudinis numerus  
 sanè bellè congruit, ille octuaginta millia refe-  
 rente, hoc ducenta quinquaginta. Præterea  
 Manethon primū in lapidicinas ejectos pollu-  
 tos, deinde ad Auarim habitandam traductos,  
 ac reliqua Ægypto bello vexata, tum demum ac-  
 ciuisse dicit à Hierosolymitis auxilia: Chære-  
 mon, Ægypto decedentes circa Pelusium inue-

nissie trecentea octuoginta millia hominum ab Amenophi relicta, ac cum illis rursus Agyptum invasisse: Amenophimque in Aethiopiam fugisse.

**a Manetho.** Quod vero egregium est, ne illud quidem qui-  
nus & Cha- nam & vnde erat tam numerosus exercitus di-  
remous hi- xit, Agyptij ne an externi: neque causam indi-  
furia disper- cauit, ob quam eos Rex in Agyptum inducere  
pauia. noluit, qui de leprosis & Iride seminum confin-  
xit. Mosi vero & Iosephum, quasi eodem tem-  
pore simul expulsum Charemon adiunxit, &  
quidem quatuor statibus ante Mosen defun-  
ctum, quarum sunt anni ferè centum septuagin-  
ta. Qui & Rhamesses Amenophis filius, secun-  
dum Manethonem quidem adolescens bellum  
administrat cum patre, & cum eodem exultat fu-  
ga elapsus in Aethiopiam. Hic autem singit eum  
post patris abitum in spelunca quadam natum,  
& postea prælio victorem, & Iudeos in Syriam  
expellentem numero ciroiter CCC. millia. O faci-  
litatem. neque enim prius quinam erant illa  
**CCC LXXX.** millia dixit. neq. quomodo **C I. XX.**  
millia perierint, in acie ne ceciderint, an ad  
Rhamessen transfugent, quod vero maximè  
miru est, ne cognoscere quidem ex eo licet, quos-  
nam vocet Iudeos, vel veris eorum det hanc appella-  
tionem: illis ne **CCC L.** millibus leprosorum. an  
his **CCC LXXX.** millibus que circa Pelusium e-  
rant. Sed stultum fortasse sit redarguere eos, qui  
a semetipsis redarguti sunt. ferendum enim e-  
rat utcunque, si ab aliis redarguti fuissent. His  
**b Lysima-** **b addam** Lysimachum, idem quidem haben-  
chus = gla. tem cum predictis argumentum mendacij, ve-  
ci arguitur. rum enormitate figmenti illos vincentem. va-  
de appetit eum magno odio confinxisse. Dicit  
enim, qua tempestate Bocchoris in Agypto re-  
gnabar, populum Iudeorum, quod essent lepra-  
scabie, & alios quibusdam morbis infecti, ad  
tem-

templa confugisse, ut mendicato alecentur. multis autem hominibus morbo correptis, sterilitatem in Aegypto accidisse. Bocchorim vero Aegyptiorum Regem ac Ammonem, scitatum oracula de sterilitate, misisse, responsum vero a Deo, repurganda esse templo ab hominibus impuris & impiis, electis eis è templis in loca deserta. Ceterum scabiosos ac leprosos mergendos, tanquam sole horum vitam ægræ ferente: & templo expianda: atq; ita fore ut terra frumentum ferat. Bocchorim autem accepto oraculo, accessitique sacerdotibus ac sacrificiis iussisse collectis impuratis, hos militibus tradi depor-tandos in desertum, leprosos a vero ac imperti-  
a Seabiosos  
ginosos plumbeis laminis inuolutos in pelagus ac leprosos  
deiici, quibus submersis, reliquos congregatos Iudeos max-  
& in loca deserta expositos esse, ut periret eos: et *Lysimachus*  
habito concilio consultasse de scipiosis: & nocte *abi* opinionem  
superueniente, accensis ignibus ac lucernis cu- in pelagus  
stodias agitasse; seque nocte ieinnatum, vt nu-dicentes,  
men propitium eos seruaret. In sequenti vero aut in loca  
luce a Mose quodam consilium datum, irent deservia ex-  
conferti una via, usque dum ad loca culta per-ponendas.  
veniretur. tum præcepisse eum, ne cui in posteg-  
rum benevoli essent, utque consilium malum  
potius quam bonum darent, Deorumque  
templa & altaria quotquot inuenirent euerte-  
rent, quibus b comprobatis ac destinatis. mul- b *Quando*  
titudinem iter fecisse per desertum, ac post mul- *Iudeas Indias*  
ta incommoda tandem ad loca culta peruenit. occupari,   
tum vero & hominibus iniuriosè tractatis & fa- & urbem  
nis compilatis ac incensis, venisse in eam quæ *Hierosolyma*.  
nunc Iudea dicitur: conditaque civitate hic ha- ma adificari  
bitare, urbem vero *Hierosyla*. ex re nomina- rint.  
tam, aliquanto autem post iam auctos viribus  
mutasse nomine vitadi p:ohri gratia: & vrbe *Hie-*  
*rosolyma*, scipiosos *Hierosolymos* vocasse. *Hic*

non eundem quem illi iuuenit Regem, sed re-  
 centius nomen confinxit: & omisso somnio ac  
 propheta Ægyptio ad Ammonem abiit de impe-  
 tiginosis & leprosis responsum relatus. ait e-  
 nim ad tempia collectam multitudinem Iudeo-  
 rum, incertum leprosis ne nomen imponens, an  
 quod solos Iudeos morbus occuparit. dicit e-  
 nim populus Iudeorum. Qualis adueua, an indi-  
 a Opiniorum gena? Cur igitur eos cum sint Ægyptij, Iudeos  
*Iyimachis* vocas? Quod si hospites sunt, cur vnde nam sint  
 deponitio. non dicis? Quomodo autem cum Rex tam mul-  
 tot ex his mari mersisset, reliquos in loca deser-  
 ta eieciisset, tantam multitudine superfuit? aut quo-  
 modo pertransierunt desertum, & occupauerunt  
 regionem quam nunc tenemus, & condiderunt  
 urbem, & exstruxerunt templum apud omnes  
 celebre? oportebat autem de legislatore non  
 solum nomen dicere, sed & genus, quisnam, &  
 ex quibus ortus. quamobrem vero tales eis inter-  
 eundum aggressus sit ferre leges, de Diis, etiam  
 erga homines iniustas. Siue enim Ægyptij erat  
 genere, non tam facile patios mores mutare  
 potuissent, siue aliunde erant, omnino aliquas  
 habebant leges longa consuetudine obseruatas.  
 Si igitur de expulsoribus suis iutassent, nunquam  
 se illis fore beneuolos, rationem non absurdam  
 habuissent. Quod si bellum internecinum ad-  
 uersus vniuersos mortales suscepserunt, cum es-  
 sent (ut ipse ait) miseri, & omnium opis egeni,  
 maxima stultitia non illorum, sed haec fingentis  
 ostenditur. Ille namque etiam nomen imposi-  
 tum ciuitati a templorum spoliatione, præsum-  
 psit dicere, & hoc postea fuisse mutatum. Mirum  
 ni, quia posteris quidem turpe fuit tale nomen  
 & odiosum, iosi vero qui fundauere urbem, or-  
 nare semetipos etiam vocabulo credidere. His  
 autem generosus vir præ nimia detractionis  
 impo-

impotentia non intellexit, Hierosolyma non idem voce Iudaica quod Graeca significare.

Quid ergo amplius quilibet diceret contra a *Contra mendacium tam impudenter expositum?* Sed ~~mendacium~~ <sup>impudenter</sup> quoniam congruam iam magnitudinem suscep.<sup>expositum</sup> ~~mendacium~~ p*ri* hic liber, aliud faciens principium, cetera ~~mendacium~~ <sup>nihil dicendum.</sup> præsentis operis explanare tentabo.



# FLAVII JOSEPHI DE ANTIQVITATE IV. DÆORVM CONTRA APIO- nem Alexandrinum, ad Epaphroditum.

L I B E R . II.

**P**RIORI quidem volumine, charissime mihi Epaphrodite, de antiquitate nostra monstravi, Phœnicum & Chalæorum, Agyptiorūmq; literis satisfaciens veritati: multōsq; Græcorum conscriptores adducens, & meam è diuerso disputationem aduersus Manethonem, & Chæremonem, & alios quosdam exhibui. nunc autem inchoabo reliquos arguere, qui contra nos aliqua cōscripti p̄sere. Impulsus enim sum contra Apionem respondere grammaticum, si tamen assumi hoc oportet officium. Horum b̄ igitur, quæ ab eo conscripta sunt, alia quidem similia sunt dictis aliorum; alia valde frigida. Plurima vero quantum tantummodo detractionēm habentia, & multam (ut ita dixerim) ineruditati probationem, tanquam ab homine composita, & moxibus p̄ea.

b Ab Apio  
ne quadam  
valde frig-  
da conscri-  
ta

prauo, & totius vitæ suæ temporibus importuno. Quia verò multi hominum propter stultitiam suam his potius sermonibus capiuntur, quam illis quæ multo studio conscribuntur: & derogationibus quidem gaudent. præconiis verò mordentur, necessarium duxi ne hunc quidem inscrutatum relinquere, qui nos tanquam in iudicio criminatur. etenim hoc quoque plerisq; mortalium insitum video, ut gaudeat quoties maledicus quispiam ipse sua mala à lassitudo audit. Et quidem nec orationem eius legere facile est, neq; avertè cognoscere quid dicere velit: sed velut in multa tumultuatione ac mendaciorum perplexitate nunc similia supra penitatis de maiorum nostrorum ex Aegyptio migratione affert: nunc incolas Alexandriæ Iudeos calumniatur: insuperque de sacris templi nostri ceremoniis atque aliis ritibus nostris accusationē admiscet. Patres igitur nostros nec Aegyptios genere fuisse, neq; ob labem corporū aut similem aliam calamitatem inde pulsos, non mediocriter solum, sed penè ultra modum, superius à me declaratum existimo: ceterum

a Apion de quæ his adiungit Apion, compendio memoriae Moses & gen. bo. Dicit enim in tertio rerum Aegyptiacarū in Iudaica. hæc: Moses, ut acceperit à grandioribus natu Aegyptiis, Heliopolitanus erat, qui patriis institutus moribus, subdiales precatio[n]es ad sepe qualis ciuitas habebat, reduxit, ad subsolem autem omnia conuertebat: ita enim Heliopolis sita est: pro cibeliscis verò statuit columnas, sub

b Apionis quibus ceu pelvis forma exprimebatur: umbra de Moses & verò in eam incidens, ut pote per sudum, eu- templo Iu- dem semper cum sole cursum circumvoluer- daicu[m] re- bat. Atque huiusmodi est admiranda illa hu- ius grammatici phrasis. Mendacium b[ea]tum ei[us] arguitur, non tam nostris verbis evidenter eoarguitur, quam

quām Moses operibus : neque enim cum pri-  
mum tabernaculum Deo construeret, aut ipse  
villam talem formam ei indidit, aut posteros fa-  
cere praecepit: atq. is qui postea templum Hie-  
rosolymis construxit Solomon , omni tali ca-  
rissimā abstinuit, qualem confinxit Apion. Ac-  
cepisse autem se dicit à maioribus natus Mosen  
Heliopolitanum: scilicet ipse iunior , sed his si-  
dem habens , qui per etatē illum familiariter  
nouerat. Et de Homero quidem poeta, quām  
grammaticus , non posset quānam eius sit pa-  
tria certò affirmare , neque de Pythagora tan-  
tū non heri nudiūsve tertius nato: de Mose ve-  
rò tam multis annis illos praecedente tam faci-  
lē decernit, credens seniorū relationi: vnde ma-  
nifestè illum mentiri appetet. Quia & tempo- a Temporū  
sum ratio , quibus Mosen ait eduxisse leprosos rati apud  
& cæcos & claudos, bellè concinit iuxta gram- hystoriogra-  
maticum hunc diligentissimum. Manethon e- phos ins-  
nim regnante Tethmesi Iudeos dicit ex Egy. qualis.  
pro discessisse annis 393. antequam Danaus a-  
pud Argos exularet. Lysimachus autem tempo-  
re Bocchoris Regis, hoc est, ante annos 2700.  
Molon verò & alij quidā, ut cuique visum est.  
At verò Apion cæteris fide dignior , exactè illū  
exitum desinuit septima Olympiade, & huius  
anno primo: quo, ut ait, Pœni Carthaginem cō-  
diderunt. Carthaginis autem mentionem ad-  
iecit, ratus argumentum id veritatis se habitu-  
rum euidentissimum: nec animaduertit à semet.  
ipso adductum quo coartueretur. sibi b Hirami  
enim de hac colonia monumentis Phœnicum credendū  
est, in illis Hirā Rex traditur antiquior Cartha-  
gine condita annis plus quām 150. de quo su- b Hirami  
perius ex Phœnicum commentariis probauit, & contra Apionem in  
quod Solomoni templi Hierosolymitanī condi-  
gori amicus fuerit, & multa ad templi fabricam principia.

contulerit. Salomon verò edificavit templum post Iudeorum discessum ex Aegypto annis 612. Potrò numerum pulsorum eundem quem Lysimachus commentus (ait enim 100. & 10. eorum fuisse millia) miram quandam & credibilem reddit causam, cur sabbatum nominatum sit. Exacto enim (inquit) sex dierum itinere, inguinum ulceribus affecti sunt: & hac de causa septima die quieuerunt: in columnas constituti in regione quæ nunc Iudea vocatur. & appellauerunt eam diem sabbatum, seruata Aegyptiorum voce. nam a inguinis morbum Aegyptij vocant sabbatosim.

An non igitur vel deridenda hæc nugacitas, vel contraria odio habenda talis inscribendo impudentia? Apparet enim quod omnes inguinibus laborauerint, hominum milia centū & decem. At qui si erant caci & claudi & morbidi, quales fuisse Apion ait, ne unius quidem diei iter progreedi potuissent: si autem poterant per magnam solitudinem proficisci, prætereaq. sibi obstantes vincere populariter repugnando, nequam vniuersi post sextam diem inguinum morbo correpti fuissent. Neque enim naturaliter tale quippiam evenire inter agentibus necesse est, sed plurimorum milium exercitus definita semper itinera per agut: neque temerè ita accidisse verissime videtur.

b De pulso  
figmenti A-  
pionis de sex  
dierum iti-  
nero.

est enim omnino absurdam. At b' verò mirificus hic Apion sex quidem diebus eos peruenisse in Iudeam prædixit: tursus autem Mosen consenso monte, qui Aegyptum inter & Arabiam situs est, nomine Sinæus, quadraginta dieb. delitusse dicit, indéq. descendenter Iudæis leges dedisse. at qui quomodo possibile est, eosdem & quadraginta dies in deserto ac in aquoso loco manere, & quod in medio spatium est, id totu' sex diebus pertransiret. Sabbathi verò appellatio-

ponis grammatica ratio, quam adfert multam impudentiam præ se fert, vel certè magnam imperitiā. Nam hæ voces Sabbo & Sabbatum, inter se maximè differunt. Sabbatum enim secundum Iudeos quies est ab omni opere. Sabbo vero, ut ille affirmat, Ægyptiis inquinum morbum significat. Tales quasdam de Mose & Iudeorum ex Ægypto profecione Ægyptius Apion nouitates haxit, præter aliorum commentus auctoritatem. Et a quid mirum si de nostris mentitur <sup>a</sup> Apion veteribus? quandoquidem de se ipso contra mé <sup>b</sup> tam patrīq  
ūtus est: & natus in Oasi Ægypti, primas iste <sup>c</sup> & genit  
gyptiorum existimatus, veram quidem patrīam suum abi  
& genus suum abiurauit: Alexandrinum autem <sup>d</sup> se  
mentitus, confirmat generis sui prauitatem.  
Merito igitur quos odit & conuiciis infectatur,  
eos Ægyptios appellat: nisi onim pessimos esse  
existimaret Ægyptios, semet ex eorum genere  
haud eximeret: quandoquidem qui se de cele  
britate patriæ iactant, honoriūsticūm quidem du  
cunt ab ea denominati, coarguunt vero eos, qui  
præter ius in eandem sese ingerere conantur.  
Erga nos autem alterutro modo affecti sunt <sup>e</sup>  
Ægyptij: aut enim cœu gloria bundi cognatos se  
mulat, aut participes nos infamiaꝝ suꝝ cooptat.  
At <sup>f</sup> præclarus iste Apiba videtur contumelio  
sum nostrum āfectionem, quasi mercedem <sup>mercedeſam</sup>  
voluisse reddere Alexandrinis: pro data sibi ci  
uitate: sciensque eorum cum habitatoribus A. <sup>infectatio</sup>  
lexandriꝝ Iudeis simultatem, proposuit quidē <sup>new, quafidē</sup>  
illis conuicium facere, vna tamen comprehen  
dit reliquos quoq. vniuersos, vtrobiq. impuden  
ter mentiens. Videamus igitur, quænam sint illa <sup>mercedem</sup>  
gratia & non ferenda, de quibus habitatores <sup>voluisse</sup> v  
Alexandriꝝ Iudeos accusat. Venientes, inquit, è <sup>nisi reddere</sup>  
Syria, sedes fixerunt ad importuosum mare, vñ  
darum vicini assultibus. Ergo h̄ locus opprobriū

habet non quidem patriz suz, sed tamen quam  
 patriam dicit, Alexandriæ cōuiciatur. Illius & e-  
 nīm & maritima ora pars est, vt omnes confir-  
 mant ad inhabitandum optima, quam si Iudei  
 per vim occupauerunt, ita vt ne post quidē ei-  
 cerentur, fortitudinis eorū argumentum est. Ve-  
 rū Alexander eis locum ad incolendū dedit,  
 & parem cum iphis à Macedonibus honorē con-  
 secuti sunt. Nescio autem quid dicturus fuerit  
 Apion, si circa Necropolim habitassent, ac non  
 circa Regiam sedes posuissent, & hodie quoque  
 eorum tribus appellaretur Macedones. Igitur si  
 legit epistolas Alexandri Regis, Ptolemyq. La-  
 gi ac successorum illius Aegypti Regum, & colū-  
 nam stantem Alexandriæ ac b*Iura continērem*  
 quæ Cæsar magnus Iudeis concessit; hæc inquā,  
**b Iura &** si sciens, contraria scribere ausus est, malus erat:  
**libertates**  
**Iudeorum.** fin autem nihil horum nouit, Indoctus. Illud  
 quoq. quod se mirari dicit, quod cū Iudei esset,  
 Alexandri vocati sunt, similis inscientia est.  
 Omnes etenim qui ad coloniam aliquam devo-  
 cantur, et si platinum ab alterius genere dif-  
 ferant, à conditoribus appellationem accipiunt.  
 Et quid opus est de aliis dicere? nostrorum e-  
 nīm ipsorum hi, qui Antiochiam inhabitat, An-  
 tiocheni nominantur. Ius enim ciuium eis de-  
 dit conditor Seleucus. Similiter & qui in Ephe-  
 so commorantur, & alia Ionia cum ciuibus exin-  
 de natis eandem appellationē habent, hæc præ-  
 bentib. eis regni successoribus. Romanorum ve-  
 rò clementia, cunctis non parvulum donum ap-  
 pellationis suz concessit, nō solum viris singu-  
 lis, sed etiam maximis gentibus in communi.  
 Hispani deniq. antiqui, & Tyrrheni, & Sabini,  
 Romani vocantur. Si verò hunc modum auferat  
 communis ciuitatis Apion, desinat semetipsum  
 Alexandrinum dicere. Natus enim in iuxta  
 Aegypto

Ægypto quomodo erit Alexandrinus, iure ciuitatis, sicut ipse in nobis dicit, ablatu? cum solis Ægyptiis nunc orbis domini Romani, participari cuiuslibet ciuitatis interdixisse videantur. Hic autem præclarus dignitates quas ipse imperare prohibetur adipisci non valens, calumniazi conatur eos qui hæc iustissimè percepere. Non enim propter inopiam habitatorum ciuitatis quam studiosè ædificabat <sup>a</sup> Alexander, nostro- a Alexander  
rum aliquos ibi collegit: sed omnes approbans <sup>b</sup> dor. diligenter ex virtute, ac fide dignos inueniens hoc peccatum nostris exhibuit, eum gentem nostram studeret non mediocriter honoreare. Ait enim Hecatæus, quia propter mansuetudinem atq. fidem, quam ei præbueret Iudæi, Samiam regionem adiecit, ut eam sine tributis haberet. Similiter quoq. sensit post Alexandru etiam <sup>b</sup> Ptolemæus Lagi de Iudæis in Alexan- b i. Ptole-  
dria commorantibus. Nam Ægyptiaca eis castra <sup>c</sup> mem Lagi. commisit, arbitratus fide simul eorum & fortidine conseruanda: & in Cyrene credens se tutissimè regnaturum, & in aliis Libyæ ciuitatibus, ad ea loca partem Iudæorum habitandi causa direxit. Post <sup>c</sup> hunc autem Ptolemæus, qui Philadelphus est appellatus, non solum si qui fuere <sup>c</sup> mem Phila- captiui apud eos nostrorum, omnes absoluit, sed delphw.  
pecunias eis sapius condonavit: & (quod maximum est) desiderauit agnoscere nostras leges, & sacrum scripturarum volumina concupivit: misitq. rogans destinati viros qui ei interpre- d Sepua-  
tarentur legem: & vt hæc apprime conscriberen- gine in me-  
tur, diligentia hanc commisit non quibuscumq. preses,  
vitis, sed Demetrium Phalereum, & Andream, & Aristem, quorum eruditione sui seculi Demetrius facile princeps erat, alij vero habebant custodiam corporis sibi creditam, huic curæ præfecit. Non enim leges, & patrum nostrorum

philosophiam discere concupisceret, si his vten-  
tes despiceret & non potius valde miraretur.  
Apion autem penè omnes in ordine successo-  
res eius Macedonum Reges ignorantibus habuisse  
erga nos præcipuum familiaritatis affectū.

**a 3. Prote-** Tertius <sup>a</sup> nāmque Ptolemaeus, qui vocatur Euerge-  
**maw Euer-** tes, fortiter obtinens Syriam vniuersam, non  
**getes.** Diis Ägyptiacis pro victoria solennitates grati-  
ficas immolauit: sed veniēs ad Hierosolymam,  
multas hostias sicut nostri moris est, Deo si-  
crificauit, dignissimāque dicauit ornamenta vi-  
ctoria. Philometor <sup>b</sup> autem Ptolemaeus, & eius

**b 4. Ptole-** vxor Cleopatra, omne regnum commisere Iu-  
**maw Philo-** dæst: & duces totius fuere militiæ Onias & Do-  
fitheus Iudæi: quorum nominibus derogat A-  
piōn, cum debuisset opera eorum potius mira-  
ti, & gratias agere, quoniam libertauere Alexá-  
ndriam, cuius ciuis videri vult. Nam dum rebel-  
lio surrexisset in Cleopatra regno, & pericu-  
lum pessimæ pérditionis instaret, istorum labo-  
re ciuitas intestinis præliis est erepta. Sed po-  
stea, inquit, Onias ad urbem deduxit exercitum

paruum, cum esset illic Thermus præsens Ro-  
manorum legatus: quod (vt ita dicam) recte at-  
que iustè factum est. Ptolemaeus enim qui co-  
gnominatus est Physcon, moriente suo patre  
Ptolemaeo Philometore, egressus est de Cyre-  
ne, volens Reginam Cleopatram expellere, &  
filios Regis, vt ipse regnum iniustè sibi met ap-  
plicaret: propter hæc ergo Onias aduersus eum  
bellum pro Cleopatra suscepit: & fidem quam-  
habuit circa Reges, nequaquam in necessitate

**c 5. Prote-** deseruit. Testis autem Deus iustitiae eius ma-  
**maw Phys-** nifestus apparuit. Nam <sup>c</sup> Physcon Ptolemaeus  
**con in In-** cum aduersum exercitum quidem Oniæ pugna-  
**dæo grasse-** re præsumeret, omnes verò Iudæos in ciuitate  
**zus definie-** positos cum filiis & uxoribus capiens, nudos  
atque

atque vinētos elephantis subiecisset, vt ab eis concuſati deficerent, & ad hoc etiam bestias ipsas inebriasſet, in contrarium quæ præparauerat, euenero. Elephanti enim relinquentes ſibi appositos ludzos, impetu facto ſuper amicos eius, multos ex iſis interemere. Et poſt hęc Ptolemaeus quidem aspectum terribilem contemplatus eſt, prohibentem ſe vt illis noceret hominibus. Concubina verò ſua chariſſima, quam alij quidem Ithacam, alij verò Hirenem denominated, ſupplicante ne tantam impietatem perageret, & confeſſit, & ex hiſ quæ ege- rat vel acturus erat pœnitentiam egi. Vndē re-ctè hanc diem Iudæi Alexandriæ coaſtituti, eo quod aperte à Deo ſalutem promouere, cele-brare noſcentur. Apion autem omnia calum-niator, etiam propter bellum aduersus Physi-conem gestum, Iudzos accuſare præſumpſit, cum eos laudare debuerit. Is <sup>a</sup> autem etiam vi. a *De Cleopatra Reginæ Alexandrinorum me-patra viti-minit, veluti nobis improporans, quoniam circa Alexan-dra nos fuit ingrata: & non potius illam redar- drinorū Re-guere ſtuduit, cui nihil omnino iniuſtitia & gina, oiuſq; malorum operum defuit: vel circa generis ne-ſceleribꝫ. cefarios, vel circa maritos ſuos, qui etiam dile-xerint eam, vel in communi contra Romanos omnes, & benefactores ſuos imperatores: quæ etiam ſororem Arſinoen occidit in templo, nihil ſibi nocentem. Peremit autem & fratrem inſidiis: paternosq; Deos, & ſepulcra progenitorum depopulata eſt. Percipiensque regnum à primo Cæſare, eius filio & ſuccessori, rebellare præſumpſit, Antoniumq; <sup>b</sup> corrumpens amato-b Antoniu-riis rebus, patriz inimicū fecit, & infidelē cir-Cleopatra ea ſuos amicos iuſtituit, alios quidē genere te-maricu. galli ſpolians, alios autem demens ad mala ge-tendacōpellēs. Sed quid oportet amplius dici,*

eum illum ipsum in nauali certamine sella-  
 quens, id est, maritū & parentem communium  
 filiorum, tradere cum exercitu principatum, &  
 se sequi coegerit? Nouissimè vero Alexandria à  
 Cæsa: e capta, adhoc usque perducta est, ut sal-  
 tem hinc sperare se iudicaret, si posset ipsa ma-  
 nu sua Iudeos perimere: eo quod circa omnes  
 crudelis & infidelis extaret. Putasne gloriandū  
 nobis non esse, si que madmodum dicit Apion,  
 famis tempore Iudeis triticum non esse mensa?  
 Sed illa quidem pœnam subiit competentem.  
 Nos autem maximo Cæfare utimur teste au-  
 lij, atque fidei quam circa eum contra Aegy-  
 ptios gessimus: necnon & senatu ciuisque coo-  
 sultis, & epistolis Cæsaris Augusti., quibus no-  
 stra merita comprobantur. Nas literas Apiones  
 oportebat inspicere, & secundum genera ex-  
 minare testimonia sub Alexandro facta, & on-  
 nibus Ptolemais, & quæ à senatu constituta  
 sunt, necnon & maximis Romanis imperatorib.  
 Si vero Germanicus frumenta cun&is in Ale-  
 xandria commorantibus metiti non poruit, hoc  
 indicium est sterilitatis ac penitiae trumento-  
 rum, non accusatio Iudeorum. Quid enim ser-  
 tiant omnes imperatores de Iudeis in Ale-  
 xandria commorantibus, palam est. nam adminis-  
 tratio tritici nihilo magis ab eis, quam ab aliis  
 Alexandrinis translata est. Maximam vero e-  
 fidem olim à Regibus datam conservauere, il-  
 est. fluminis custodiā, totiusque custodiz, ne  
 quaquam his rebus indignos esse iudicātes. Set  
 super hoc, quomodo ergo, inquit, si sunt ciues  
 eosdem Deos, quos Alexandrini, nō colunt? Cui  
 respondeo. Quoniodo etiam cum vos sitis Aegy-  
 ptij, inter alterutros prælio magno & sine fa-  
 dere de religione contenditis? aut certe pro-  
 prietate non vos omnes dicimus Egyptios, &  
 neque

a Iudeis fi-  
 dem eis olim  
 à Regibus da-  
 tam conser-  
 vaveris.

neque communiter homines, quoniam <sup>a</sup> be-  
stias aduersantes naturę colitis, multa diligentia bestias natu-  
nutrientes? cum genus utique nostrorum vnum <sup>b</sup> repugnat  
atque idem esse videatur. Si <sup>b</sup> autem in vobis res columnae.  
**Aegyptiis** tantæ differentiæ opinionum sunt, b **Discordia**  
quid miraris super his qui aliunde in **Alexan-** **Iudeorū** &  
**driam** aduenerunt, si legibus à principio constitutum. Ale-  
xandrinis, e circa talia permanescere? Is c autem sedicio-  
nis causas nobis apponit: qui si cum veritate ob in religione.  
hoc accusat Iudeos in **Alexandria** constitutos, c **Seditionis**  
cur omnes non culpare possit, eo quod nosca-  
mur habere concordiam! Porrò etiam seditio-  
nis autores, quilibet inueniet Apionis similes A.  
**Alexandrinorum** fuisse ciues. Donec enim Græci  
fuere & Macedones hanc ciuitatem habentes,  
nullam seditionem aduersus non gessere, sed  
antiquis cessere solennitatibus. Cum vero mul-  
titudo **Aegyptiorum** crevisset inter eos, propter  
confusiones temporum, etiam hoc opus sem-  
per est additum. Nostrum vero genus perman-  
fit purum. Ipsi d igitur molestiæ huius fuere  
principium, nequaquam populo Macedoni-  
cam habente constantiam, neque prudentiam  
Græcam: sed cunctis scilicet videntibus malis  
motibus **Aegyptiorum**, & antiquas inimicitias  
aduersum nos exercentibus. E diuerso nám-  
que factum est quod nobis impropereat præ-  
sumunt. nam cum plurimi eorum non oppor-  
tunt ius eius ciuitatis obtineant, peregrinos  
vocant eos qui hoc priuilegium ad omnes  
imperasse noscuntur. Nam **Aegyptiis** neque  
Regum quisquam videtur ius ciuitatis fuisse  
largitus: neque nunc quilibet imperatorum.  
Nos autem Alexander quidem introduxit, Re-  
ges autem auxere Romani vero semper custo-  
dire dignari sunt. Itaque derogare nobis **A-**  
**pion** voluit, quia imperatorum non statuimus.

*d Dopo' se  
argumenti  
Apionis, Iu-  
deos, sedition-  
is, Alexan-  
dria causa  
excusata.*

*imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut  
a Romanorū erga Iudeas, magnani-  
magnan-  
mitas.*

defensione Apionis indigentibus: cum <sup>a</sup> potius debuerit admirati magnanimitatē modestiā nūque Romanorum, quoniam subiectos non cogunt patria iura transcendere: sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes pium atque legitimum est. Non enim honoris gratiam habent, qui ex necessitate & vio-<sup>b</sup> etia conferuntur. Græcis itaque & aliis quibusdam bonum esse creditur imagines instituere. Denique & patrum & vxorum filiorūnque figuras depingentes exultant, quidam verò etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. alij verò & seruos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem præbere videantur? Porrò autem legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandum, sed tanquā causam neque Deo, neque hominibus utilem despiciens, & quoniam totius animati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, inter-

*bindas pro* dixit <sup>b</sup> imagines fabricare. aliis <sup>c</sup> autem honoris nullas i- tribus post Deum colendos non prohibuit vi-  
magines: fe- ros bonos, quibus nos & imperatores & popu-  
runt.

lum Rom. dignitatibus ampliamus. Facimus <sup>c</sup> Quomodo autem pro eis continua sacrificia: & non solum Imperatores quotidianis diebus ex impensa communis om-  
& magis tra- nium Iudeorum talia celebramus: verum cum em colendi. nullas alias hostias ex communis, neque profi-

liis peragamus, solis imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus, quem ho-

d Mendesq minum nulli persoluimus. Hæc itaque commu-  
à Posidonio niter satisfactio posita sit aduersus Apionem

& Apollo- pro his quæ de Alexandria dicta sunt. Admi-  
niq in Iu- tor autem etiam eos, qui ei huiusmodi fomi-  
daos confi- tem præbuere, id est, Posidonium & Appol-

oni reiecio. Ionum Molonis: quoniam accusant quidē nos,  
quare

quare nos eosdem Deos cum aliis non colimus: mentientes autem pariter, & de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impiè agere: cum sit valde turpissimum liberis, qualibet ratione mentiti, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente, In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, asini caput collocaisse Iudeos, & eum colere, ac dignum facere tanta religione: & hoc affirmat fuisse de-pala'um, dum Antiochus Epiphanes & ex-spoliasset templum, & illud caput inuenisset ex au-ro.compositum multis pecuniis dignum. Ad<sup>a</sup> a Responso  
hoc igitur primum quidem respondeo, quoniā ad obiecta o-  
Egyptius vel si aliquid tale apud nos fuisset, non de aſiſt  
nequaquam debuerat increpare, cum nō sit de- capite,  
terior asinus furonibus & hircis & aliis, qui  
sunt apud eos Dij. Deinde quomodo non intel-  
lexit, operibus increpatus de incredibili suo  
mendacio. Legibus namque semper vtitur iſ-  
dem, in quibus sine fine consistimus. Et cū va-  
rii casus iſdem ciuitatem, sicut etiam aliorum  
vexauerint, & Theos ac Pompeius Magnus, ac  
Licinius Crassus, & ad nouissimum Titus Cæsar,  
bello vincentes obtinuerint templum, nihil  
huiusmodi illic inuenere: sed purissimam pie-  
tatem, de qua nihil nobis est apud alios effabili-  
le. Quia verò Antiochus neque iustum fecit te-  
gli deprædationem, sed egestate pecuniarum  
ad hoc accessit, cum non esset hostis, & socios  
insuper nos suos & amicos aggressus est, nec a-  
liquid dignū derisione illic inuenit, multi & di-  
gni conscriptores super hoc quoq. testatur: Po-  
lybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Ni-  
colaus Damascenus, Timagenes, & Castor chrono-  
graphus, & Apollodorus: qui omnes dicunt  
pecuniis indigentem Antiochum transgressum.

FLAVI JOSEPHI

fœderis Iudeorum, & spoliasse templum auro  
argentoque plenum. Hæc igitur Apion debuit  
respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, &  
impudentiam canis, qui ad ipsos assulet coli: ne-  
que enim extrinsecus alia ratiocinatione men-  
titus est. Nos itaque asinis neque honorem ne-  
que potestatem aliquam damus, sicut Egypti  
crocodilis & aspidibus: quando eos qui ab istis  
mordentur, & à crocodilis rapiuntur, felices &

a Asini a Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos a-  
pud Indos siue, quod apud alios sapientes viros, onera si-  
aliisque sa- bimur imposita sustinentes. Et si ad areas acce-  
pientes vi- dentes comedant, aut proposita non adim-  
tor qui di- pleant, multas valde plagas accipiunt, quippe o-  
ccurrunt.

peribus & ad agriculturam rebus necessariis  
ministrantes. sed aut omnium rudissimus fuit  
Apion ad componendum verba fallacia, aut  
certè ex rebus initia sumens, hæc implete non  
valuit, quando nulla potest contra nos blasphem-  
ia prouenire. Alteram vero fabulam, deroga-  
tione nostra plenam, de Græcis apposuit: de  
quo hoc dicere sat erit, quoniam quidem pietate  
loqui presumunt, oportet eos non ignorare  
minus esse immundum per tempora transire,  
quam sacerdotibus scelestâ verba configere.

b Historio. Isti b vero magis studuere defendere sacrilegū  
graphi qui Regem, quam iusta & veracia de nostris & de  
dam perfidi templo conscribere. Volentes enim Antiocho-  
diā as sa- gratificari & perfidiam ac sacrilegium eius te-  
rrilegiū. An gere, quo circa gentem nostram est usus pro-  
tiochi regi- pter egestatem pecuniariū, detrahentes nobis  
re conātur, etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Pro-  
pheta vero aliorum factus est Apion, & dixit  
Antiochum in templo inuenisse leatum, & ho-  
minem in eo iacentem, & appositam ei mensa-  
lam maritimis terrenisque volatilium dapi bus  
plenam, & quod obstuquisset his humo. Illus  
verò

verè mox adorasse Regis ingressum, tanquam maximam sibi opem præbituri. ac procidentem ad eius genua, extensa dextera poposcisse libertatem: & iubente Rege ut consideret, & dicere quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quæ esset causa ciborum eius, tunc hominem cum gemitu & lachrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse se Græcum: & dum peragraret prouinciam parandi viæ causâ, correptum se subito ab alienigenis hominibus, atque deductum ad templum, & inclusum illic, & à nullo conspici, sed cuncta dampnum apparatione saginari. Et primum quidem hæc sibi inopinabilia beneficia visa attulisse legitimam: deinde suspicionem, postea stuporem: postremum consulentem à ministris ad se accedentibus audisse legem ineffabilem Iudeorum pro qua nutritiebatur: & hoc illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Græcum peregrinū, eumque anno tempore saginare, & deductum ad quandam syluam, occidere quidem eum hominem, eiusque corpus sacrificare secundum suas solennitates, & gustare ex eius visceribus, & iusurandum facere in immolatione Græci, ut inimicitias contra Græcos haberent: & tunc in quandam forgam reliquæ hominis pereunam eis abiicere. Deinde refert eum dixisse, paucos dām dies debitos sibimet superesse, atque rogasse, ut reveritus Græcorum Deos, & superrans in suo sanguine insidias Iudeorum, de manu eum circumstantibus liberaret. Huiusmodi ergo fabula non tantum omni tragœdia plenissima est, sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen à sacrilegio priuat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui hæc ad illius gratiam conscripsere. Nō enim præsumpsit aliquid tale,

<sup>a</sup> Iudeos  
quocunq; ha  
minem Gra  
cum immo  
lare debere.

ut ad templum accederet: sed sic inuenit non sperant. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius, & nihilominus sine Deo, quicquid iussit mendacij superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere valde facilimum est. Non enim circa solos Græcos discordia legum esse dignoscitur, sed maximè aduersus Egyptios & plurimos alios. Cuicunq; enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari ut aduersus solos Græcos renouata coniuratione pet effusionem sanguinis ageremus: vel quomodo possibile est, ut ad hostias omnes Iudei colligerentur, & tantis millibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inventum hominem quicunque fuit (nomen enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam Rex non cum post pa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, & Græcorum amator eximus, assumere verò contra Iudeorum odium, auxilia magna cunctorum. Sed hæc relinquo: insensatos enim non verbis, sed operibus decet arguere. Sciant igitur omnes, qui videre constructionem templi nostri, qualis fuerit, & intransgressibilem eius purificationis integritatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, & harum singulæ propriam secundum legē habuere custodiam. In exteriorem itaq; ingredi licentia fuit omnibus etiam alienigenis: mulieres tantummodo menstruatæ transfire prohibebantur. In secundam verò porticū cuncti Iudei ingrediebantur: eorumque coniuges cù essent ab omni pollutione mundæ. In tertia, masculi Iudeorum mundi existentes atque purificati. In quartam autem sacerdotes, stolis induiti sacerdotalibus. In adytonum verò soli principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tanta verò est circa omnia prouidētia pietatis,

a Templo  
porticus de-  
scripsi.

ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Manè etenim aperto templo oportebat facientes traditas hostias introire: & meridie rursus, dum clauderetur templū. denique vas quidem aliquod portari licet in templū, sed erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, quæ omnia & in legge conscripta sunt. Etenim & nihil amplius neque; **a Quæ in iō**  
**mysteriorum aliquorum ineffabilium agitur, ne plo posita**  
**que intus villa epulatio administratur. Hæc e. facine.**  
 nam quæ praedicta sunt, habeat totius populi testimoniū manifestum, rationēmque gestorum. Licet b enī sint tribus quatuor sacerdotum, & hātūm tribuam singulē habeant hominum plus quam quinq; millia, fit tamen obseruatio particulariter per dies certos: & his transactis, alij succedentes ad sacrificia veniunt: & cōgregati in templum mediante die à precedentibus elatus templi & ad numerū omnia vasa percipiunt, nulla re quæ ad cibū aut potū attineat in templo delata. Talia nānq; etiam ad altaria offerre prohibitum est, præter illa quæ ad sacrificia præparantur. Quid ergo Apionem dicimus, nihil horum examinante, verba incredula protulisse? Sed turpe est, historiæ veram noticiam si profere grammaticus non possit. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem prætermisit. Hominis autē Græci comprehensionē fixit, & pabulum ineffabile, & ciborū opulentissimam claritatem: & peruios ingredientes, vbi nec nobilissimos Iudæorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hæc ergo pessima est impietas, atque mendacium spontaneum, ad eorum seductionē, qui noluerunt discutere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, quæ praedicta sunt, nobis detrahore tentauere. Rursusque tanquam pīssimus derides, adiiciens fabulæ inania facta,

b Sacerdotū  
 tribus qua-  
 tor, quarū  
 singula plus  
 quam quin-  
 que millia  
 hominum  
 habent.

a Alia M. Ait<sup>2</sup> enim illum retulisse, dum bellū Iudei ope-  
rionis de Za. tra Idumæos haberet longo quodam tempore,  
Sido fabu'a. ex aliqua ciuitate Idumæorum qui in ea Apol-  
linē colebat venisse ad Iudeos, cuius hominis  
nomen dicitur Zabidus: deinde eis promisisse  
traditurum se eis Apollinem Deum Dorensium  
venturūq; illum ad nostrum tempū, si omnes  
ascenderent, & adducerent omnem multitudi-  
nē Iudeorū. Zabidum verò fecisse quoddā ma-  
chiamentum ligneū, & circumposuisse sibi, &  
in eo tres ordines infixisse lucernarū, & ita am-  
bulasse, ut procul stantibus appareret, quasi stel-  
la per terram iter agens. Porro Iudeos inopina-  
bili visione obstupuisse, & longè constitutos te-  
nuisse silentium. Zabidū veò muka quiete ad  
templum venisse, & aureū detraxisse asini caput  
(sic enim urbā conscribit) & rursus Dora ve-  
lociter aduenisse. Agitur & nos dicere possumus,  
quia asinum, hoc est, semetipsum Apion grauat,  
& facit stultitia simul & mendaciis oneratū. Lo-  
ca namq; quæ nō sunt, oöscribit: & ciuitates ne-  
sciens transfert. Idumæa etiam prouincię noſtre  
cōfinis est, posita iuxta Gazā, & nulla ciuitas ha-  
bitus Dora nuncupatur. In b Phœnicę veò iuxta  
montē Carmelū Dora ciuitas appellatur, in nul-  
lo cōcordans Apionis oblocationibus. Quatuor  
enim dierū itinere procul est à Iudea. Cur ita-  
que nos rursus accusat, eo quod non habeamus  
communes cum aliis Deos, si sic facile credidere  
patres nostri ad se venturum Apollinem, & cū  
stellis eum ambulare super terrā putauere? Lu-  
cernam enim prius nunquā videte scilicet, qui  
tot & tanta concelebrat candelabra. Sed nec a-  
liquis ei ambulati per prouincię ex tantis milli-  
bus obuiavit. Desolatos etiam vicos custodibus  
cōperit, & hoc tempore belli. Cetera iam reha-  
quo. Ianuz<sup>c</sup> verò templi altitudine quidem  
erant

b Dora Phœ-

nicie ciuitas

non Idu-

mæa.

c Ianuz

templo

erant cubitorum lx. latitudine vero xx. omnes  
 deauratae, & penè auro puro cōfectæ. Has clau-  
 debant nō minus quam viri ducenti diebus fan-  
 gulis: & resiliquere eas apertas, nefandū nimis  
 erat. facile igitur eas lucernifer ille aperuisse  
 creditur, qui solus etiā habuisse aīni caput resti-  
 mabatur: quapropter dubium est, utrum hoc ca-  
 put Zabidus denuò reuocavit: an certè sumens  
 Apion, introduxit in templum, ut Antiochus in-  
 ueniret, ut secundo Apioni aliquam mentiendi  
 daret occasionem. Mentitur autē & de Iuramē a Mendacij  
 to, quod iuremus per Deum factorē cœli & ter- de iuramen-  
 re & maris, nulli Iudeos faturatos alienigenę, & eo depulsio.  
 maximē Græcis. Oportebat autem mentientem  
 absolūtē dicere, nulli faturatos alienigenę, &  
 magis Aegyptiis: siq; etenim ab initio poterant e-  
 ius figmenta de iureiurando congruere, si ab Aegyptiis utiq; patres nostri non propter maligni-  
 tatem suam, sed propter calamitates expulsi sunt.  
 A Græcis autem plus locis quam studiis sumus  
 abiun&i, ita ut nullę inter nos & illos inimicitę  
 & amulationes esse noscantur. Et diuerso nāq;  
 multos eorum ad nostras leges cōtigit accessi-  
 se, quorum quidam permandere, quidā vero per-  
 durare nō ferentes, denuò recessere. Hoc tamē  
 insurandum nūquam se quisquam audisse me-  
 minit apud nos habitum, sed solus Apion (ut vi-  
 detur) audiuit. Ipse namq; id composuit. Magna  
 ergo admiratione eximia Apionis prudentia,  
 vel ob hoc quod mox dicetur, digna est. Hoc b. Apion In-  
 enim esse affirmat indicium, quia neq; legibus deu ser-  
 iustis utamur, nec Deum colamus ut conuenit, rursum en-  
 quod diuersis gentib. seruiamus, & calamitates probrar.  
 quasdā circa ciuitatem sustineamus, cūn utique  
 principalis ciuitas Romanorū sit, cuius ciues so-  
 li ab initio regnare atq; non secuire consue-  
 tur. Quis etoalim horū magnanimitati valcat ob-

sistere? Nullus etenim aliorū potest dicere sermonem quem Apion locutus est , quando paucis contigit in principatu continuè præsidere , & non rursus aliis facta mutatione sruire. Plurimæ namq; gentes altis obediens coactæ sunt: soli autem Ægyptij, eo quod refugiant (sicut aiunt) in eorum provinciam Dij , atq; saluentur migrantes in effigies bestiarum honorem præcipuum inueniunt , ut nulli famularentur horū qui Asiam Europamq; tenuere: qui scilicet vñā diem ex æuo totius seculi non habuere libertatem , neque apud indigenas dominos , neq; apud externos. Nam quemadmodum eis vñi sint Persæ , non semel solummodo , sed frequenter vastantes vrbes , templa euerentes , putatos apud eos interficientes Deos , im properare non studio. Nō enim conuenit stultitiam nos indoqui Apionis imitari: qui neq; casus Atheniensium , neque Lacedæmoniorum animo suo concepit , quorum hos quidem fortissimos , illos religiosissimos , omnes affirmat. Taceo Reges pietate celebres. inter quos Croesum quām diversis vita sunt calamitatibus sauciari. Taceo incensam Atheniensium arcem , templum Ephesinū & Delphicum , aliisque multa: hic nemo calamitatem passis , sed potius inferentibus iustulit im properia. Nouus autem accusator nostrorum Apion inuentus est , malorum suorum apud Ægyptū generū pro rursus oblitus. Sed Sesostris eum , quē refert fabula Regem fuisse Ægypti , vt creditur , ex cœcavit. Veruntamen possumus & nos dicere nostros Reges David & Solomonem , qui multis potius ras subdidere gentes. Sed de his modo superseedendū est: quæ verò cūctis nota sunt , Apion modis omnibus ignorauit: quoniam Persis , & post illos principibus Asia Macedonibus , Ægypti quidem seruire , nihil differentes à famulis . Nos autem

autem liberi consistentes, etiam ciuitatum in circuitu positarum, tenuimus principatum annis vixinti & centum, vsq; ad Pompeium Magnum. Et dum vniuersi Reges sunt expugnati a Romanis, omnium soli propter fidem suam maiores nostri & socij & amici fuere. Sed vitos mirabiles non praebuimus, velut quartundam attium inventores, & sapientia praeclentes: & inter hos enumerat Socratem, & Zenonem, & Cleanthem, & alios huiusmodi. Deinde <sup>a</sup> quod potius est mirandum, semetipsum his adiecit, & beatificat Alexandram, <sup>a Apion se- ipsum lat- dat & ma- gnifasit.</sup> quia ciuem talem habere meruit, quod ritus facit. Oportebat enim ut ipse sui testis existet, qui aliis omnibus sic importunus & callidus esse videbatur, & vita verbosa corrumpens. Quapropter recte quilibet Alexandriæ condolebit, si super isto aliquid maghi sapuerit. De viris autem qui fuere apud nos titulo nullo laudis inferiores, sciunt qui voluerint nostræ antiquitatis libris incumbere. Reliqua vero quæ in accusatione conscripta sunt, dignum erat forte sine satisfactione relinquere, ut ipse sui potius

& aliorum Ægyptiorum accusator extaret. Queritur <sup>b</sup> enim eo quod animalia consueta sacrificemus, & non vescamur carnibus suillis: sed & circumcisionem genitalium vehementer irritam. De nostrorum quidem animalium peremptione, communio nobis est cum aliis hominibus vniuersis. Apion autem sacrificantes nos redargens, indicat sibi ipsum genere esse Ægyptium.

Non enim Græcus si esset aut Maccido, hoc modestè ferret. Iste enim vouent sacrificare hecatobas suis Diis, & Sacerdotibus vtuntur ad epulas. Quæcum ita sint, non præterea contigit mundum animalibus desolari, quod Apion expauit. Qui tamen si solennitates Ægyptiorum sequentur, mundus desertus quidem esset homini-

<sup>b</sup>Cur Indas animalia consueta sacrificantur, nec saepe nibus suillis vescamur,

bus, ferocissimis autem bestiis impleretur: quas  
isti iudicantes Deos, diligenter enuntiavit, quod  
si quis eum consuleret, quos putaret omnium  
Ægyptiorum esse sapientes atque Deicos, sa-  
cerdotes sine dubio fateretur. Hęc enim duo di-  
cunt sibimet ab initio à Regibus esse præcepta,  
ut Deos colant, & sapientiam diligāt: quod illi  
**a Egypti-**  
**rum sacerdo-**  
**tes circumci-**  
**duntur, & à**  
**porcinis car-**  
**nibus absti-**  
**nent.**

**b Mors A-**  
**pionis.**

Apion quando pro Ægyptiis nostris detrac-  
tiones cōponens, illos videtur potius accufare: qui  
non solum videntur solennitatibus, quas in no-  
bis culpat iste: sed etiam alios circumcidit do-  
cēt, sicuti dixit Herodotus. Vnde recte mihi vi-  
detur Apio, proper patrīz suaz leges pœnas de-  
disse blasphemiaz. Etenim b necessario circūci-  
so circa genitalia vulnera ei facta nihil profue-  
runt, putrefactis in magnis doloribus expira-  
uit. Oportet enim bene sapientes in legibus  
propriis circa pietatem integrè permanere, & a-  
liorum minimè carpere. Iste verò suas quidem  
leges effugit, de nostris verò mentitus est. His  
itaque terminus vitæ fuit Apionis. Sed & no-  
c Mosis con- ster hic iam finem liber accipiet. Quoniam c ve-  
tra Apollo- rō & Apollonius. Molon, & Lysimachus, & aliij  
nium & Lj quidam, tam per ignorantiam quam per insa-  
fimodrum . niā de legislatore nostro Mose, & legibus ver-  
deſunſo. ba protulere, nec iusta nec vera: dum illę quidē  
velut Mago. atque fallaci derogant, leges autem  
malitiaz apud nos nulliusque virtutis affirmant  
esse doctrices, volo breuiter & de omni cōuer-  
ſatione nostra, & de particulari (sicuti potero)  
professre sermonem. Reor enim fore manife-  
ſtum, quia & ad pietatem & ad convictum uni-  
versaliumque humanitatem, insuper ad iustitiam  
labo,

labo: umque tolerantiam, & ad contemptum  
 mortis optimas leges positas habeamus. Rogo  
 tamen lecturos, ut non cum inuidia exequantur  
 huius operis lectionem. Nō enim proposui lau-  
 des conscribere nostrorum: sed aduersus eos,  
 qui nos plurimura & fallaciter accusarunt, satis  
 factio[n]em hanc puto esse iustissimam. Proinde  
 accusationem Apollonius non continuē, sicut  
 Apion instituit, sed dispersim. Quippe <sup>a</sup> qui ali- In quibus  
Apollonius  
Indeos ab-  
cusat.  
 quando quidem nos sine Deo & hominibus o-  
 dios appella[ti]t, aliquādo verò formidinem no-  
 bis improp[er]at: & è diuerso, rursus aliquando de  
 audacia gentis nostræ queritur. Dicit autē etiā  
 stultiores Barbaris & propterea nullum inuen-  
 tum nos solos viæ vtile reperisse. Hæc autem  
 omnia manifestè redarguuntur, dum vniuer-  
 sa, contra quam ab eo sunt dicta monstrantur,  
 & legibus imperata, & à nobis cum omni iuste-  
 gitate gesta. Si verò coactus fuero facere men-  
 tionem legum contrariarum apud alios consti-  
 tutarum, in culpa illi sunt, qui nostras solenni-  
 tates tanquam peiores cum aliorum conferunt.  
 Quibus neutrū puto remane[re] quod dicant:  
 neque quia non eas habeamus leges, quarum  
 ego capita & summas ad redargendum posi-  
 turus sum: neque quia non præcipue in legibus  
 propriis perduramus. Paulo <sup>b</sup> ergo altius exor- b Ordini &  
sus, volo prius dicere, quod eis qui sine lege communium  
& ordine viuant, hi qui ordinis & communium legum amant  
legum amatores existentur, & primi hoc in- sores mala-  
choauerunt, recte mansuetudine atque virtute / suetudine  
præstare dicendi sunt. Denique covantur sin- asque vir-  
guli corum gesta sua ad antiquitatem referre, ut suis pro-  
non imitatores aliorum videantur existere, sed fiant,  
ipsi potius aliis legitimaç viuendi dyceret fuisse.  
Hæc igitur hunc in modum se habetibus, virtus  
legi / honoris est prælia ex considerare; & his qui

vſuri ſunt legibus, quas potuerit, ſatisfacere, quia  
rectæ ſunt. Populi verò eſt, vt in omnibus quæ  
conſtitua ſunt, perdureat: & neq; felicitate pro-  
cedente, neque calamitatibus aliquid horū im-  
mutet.

a Moses  
quoslibet le-  
gislatores  
antiquitate  
præcedit.

b Nomos,  
Lex, hec vo-  
cabulū nus-  
quam apud  
Homerum  
reperitur.

c Moses vi.  
ca.

Dico <sup>a</sup> igitur noſtrum legislatorē, quoſlibet qui memorantur legislatores antiquitate præcedere. Lycurgus <sup>b</sup> enim & Solon, & Zaleucus Locrenſis, & omnes qui apud Græcos mitabiles ſunt, nouelli atque recentes, quantū ad il- lū comparati eſſe noſcantur: quando nec ipſum nomen legis fuſſe olim apud Græcos agnoscatur. Testis Homerus eſt, qui nusquam in opere ſuo hoc vſus eſt nomine. Non enim ſecundū le- gē, ſed in diſſinatis ſententiis, & Regum præce- ptionibus, populus regebatur. Vnde etiā multo tempore permansere, tantum moribus videntes, & non ſcripto, & multa horū ſemper ſecundum enentum caſuum permittentes. Noſter <sup>c</sup> verò legislator antiquus existens ( hoc etiam vndiq; manifestum eſt, etiam apud eos clarum, qui ſemper contra nos loquuntur ) & ſemetiſum præbuit optimam principem populorum conſultorēmque & iſtructionem totius legis vitz conſtrigens, eis ſuasit hanc libenter excipere, & firmiſiſimè inclita ſcientia cuſtodire. Ptimū autem eius magnitudinis opera videamus. Ille namque progenitorum noſtrorum relinquentium Agyptum, & ad terram propriā remean- tium, multa in illia fumens, ex plurimis & im- poſſibilibus rebus cautissimè liberauit: nam & in aquosam eos & multum atroſam oportebat tranſire viam, bellaque deuincere: & filios ac uxores, prædāmque bello ſeruare, in quibus dux egregius & confiliarius ſapientiſſimus, & tutor veraciſſimus fuit vniuersorum. Omnein ſiquidem multitudinem à ſemetiſo pendere fecit, & cum omnia quæ vellet perſuadere poſſet, in nullo

nullo horum vindicauit sibi met potestatem sed in quo maximè tempore potestatē sibi met arrogant & tyrannidem præsules rerum, & populum frequenter plurimā iniuitate viuere cōsuefaciunt, in hac ille potentia constitutus, è diuerso magis iudicauit agendum piè, & plurimā exhibere aliis æquitatem, ipse virtutem præcipiam se credens cunctis ostendere, & saludem firmissimam præbtere sequacibus bona voluntate. Et maximis actib. in singulis casibus usus est.

Quapropter & rectè iudicabat, ducē atque cōsul- a Moſer du-  
torem se Deum habere, & primitus sibi met sa- cōm argue-  
tis faciens, quia secundum illius volūtatem vni- cōsularem  
uersa gereret atque tractaret, credidit modis o. Deum ha-  
manibus oportere, ut etiā apud plebem hæc op̄i, b̄os.

nio permaneret. Nam qui Deum respicere suā  
vitam credunt, delinquare non præsumunt. Hu-

iusmodi quidem noster legislator fuit, non Ma-

gus nō fallax, sicut derogatores iniustè pronun-

ciant: sed b̄ quales apud Græcos gloriabantur fuis- b̄ Origo Le-

se Minoem & post eū legiſtatores alios. Nám- ḡm apud

que quidam eorū leges positas à Ioue dicebant: Græcos.

alij verò eas in Apollinem & vaticiniū Delphi-  
cum referebant, siue pro veritate hoc credētes

seu facile persuadendum iudicantes populo.

Qui verò præcipuas leges instituerint vel qui

iustissimè de Dei fide cognouerint, licet hoc ex

ipſis legibus facta comparatione conspicere.

Iam enim de ipſis tempus est disputand: Ig-  
titur infinitæ quidem particulatim gentium at-

que legum apud cunctos homines differentia-

sunt. Alij siquidem monarchis, alij verò popu-  
lum potestatem Republicæ commisere. Noster

verò legislator nihil horum intendens, veluti si

quis hoc dicendo mensuram transcedat verbū  
diuinā Remp. declarauit: Deo principaliter cō-

uersationem nostram atque potestatē excelsi.

lenter assignans, & satisfaciens eum eundem inspicere, tanquam causam bonorum omnium universis hominibus existentem: & quæcunque contingit eos in angustiis supplicasse, illius non latuisse voluntatem, neque quicquam eorum quæ gessere, vel siquid aliquis apud semetipsum potuit cogitare. Vnum verò eum esse monstrauit, & ingenitum, immutabilem per tempus, æternum, & omni specie mortali pulchritudine differentem, & ipsum nobis notum: qualis autē

**a** Quid Graecia secundum substantiam, prorsus ignotū. Hęc etorū prudentia itaque de Deo sapientur prudentissimi Graecorum: qui quidem quod eruditū sint, illo utique Deo sapientia sciendi præbente principia, aunc diceret prætermitto: quodd autem hęc optima & congrua Dei naturae atque magnificentiae sint, valde testantur. Pythagoras enim, & Anaxagoras, & Plato, & post illos philosophi Stoici, & penè cuncti, videntur de diuina sapuisse natura. Sed hi quidem ad breue philosophantes, populo superstitionum opinionibus iam præoccupato veritatem dogmatis proferre timuere. Noster b. verò aliorum legislator opera præbens consona verbis suis, non solum his qui cum eo erant satisfecit, sed comparatio. etiam qui ex illis sentierat nascituri, hoc immutabiliter inspirauit, & causam legislationis ad utilitatis modum semper adduxit. Non enim partem virtutis Dei culturam dixit, sed huius partes alias esse perspectis atque constituit: hoc est, fortitudinem, iustitiam, & mutuam in omnibus ciuium concordiam. Cunctæ namque actiones & studia, universique sermones, ad diuinam referuntur per omnia pietatis disciplina tem. Non enim hoc inexaminatum aut immoralis finitum vterius dereliquit. Duo c. siquidem institutiones sunt totius disciplinae & moralis institutionis modi, quorum unusquidem sermone do-

**b** Masis & aliorum legislator opera præbens consona verbis suis, non solum his qui cum eo erant satisfecit, sed comparatio. etiam qui ex illis sentierat nascituri, hoc immutabiliter inspirauit, & causam legislationis ad utilitatis modum semper adduxit. Non enim partem virtutis Dei culturam dixit, sed huius partes alias esse perspectis atque constituit: hoc est, fortitudinem, iustitiam, & mutuam in omnibus ciuium concordiam. Cunctæ namque actiones & studia, universique sermones, ad diuinam referuntur per omnia pietatis disciplina tem. Non enim hoc inexaminatum aut immoralis finitum vterius dereliquit. Duo c. siquidem institutiones sunt totius disciplinae & moralis institutionis modi, quorum unusquidem sermone do-

Ator est, alter verò exercitatione morum: que  
 cùm ita sint, alij quidem legislatores sentien-  
 do sunt discreti, & alterum horum modum  
 sibi placitum assumentes, alterum reliquerunt.  
 Sicuti Lacedæmonij quidem & Cretenses mo-  
 ribus erudiebantur, non verbis: Athenienses  
 verò, & penè omnes alij Græci, quæ quidem o-  
 portet agi præcipiebant suis legibus: assuescere  
 verò ad hæc operibus minimè valuere. No-  
 stet autem legislator hæc ambo multa diligen-  
 tia coaptavit. Nam nec exercitationes morum  
 omisit non traditas, neque leges sermone re-  
 liquit incomptas. Sed mox à primo iachoans  
 cibo, & vnicuique diæta conueniente, nihil  
 neque minimarum escarum sub potestate vo-  
 luntatis vtentium dereliquit. Sed & de cibis  
 quibus conuenit abstineri, & qui sumendi sunt,  
 vel quæ diæta communis esse videatur, necnon  
 & de operibus labore simul & requie, termi-  
 num atque regulam posuit legem: quatenus  
 veluti sub patre atque domino viuentes, neque  
 volentes quicquam neque per ignorantiam de-  
 linquamus. Non enim ignorantibus poenam po-  
 suit, sed optimam & necessariam correptionem  
 monstrauit legem. Quapropter non semel audi-  
 re, nec secundo vel sèpius, sed a in unaquaque  
 septimana, alia opera telinqætes, ad legis audi-  
 tionem congregari præcepit vniuersos, cámque  
 perfectè condiscere, quod scilicet omnes legisla-  
 tores reliquisse noscuntur. Et in tantum plurimi  
 hominum absunt, ut secundū proprias leges vi-  
 uant, ut penè eas ignorent. Et cùm peccauerint, p[ro]fici-  
 enciæ agnoscunt ab aliis, quam legem proban-  
 tur esse prævaricati. Sed etiam viri maxima cù  
 gloria & principalia gubernantes, profitentur i-  
 gnorationem. Doctos namque sibi faciunt a: 2  
 stetæ ad dispensationem rerum, & peritiam le-

a Moses uni-

versos lu-

dæos ad le-

gis audire-

nem congrega-

ri prævin-

gum habentes. Nostrorum verò quemlibet si  
 quis leges interroget, facilius quām nomen suū  
 recitat. Vniuersas quidem mox à primo sensu  
 eas discentes, in animo velut inscriptas habe-  
 mus. Et rarius quidem quidlibet transgreditur:  
 impossibile autem est supplicium deuitare pec-  
 a Consonau-  
 cantem. Hoc itaque primum omnium mira-  
 tissima Iudaorū bilem consonantiam nobis instiuit. nam vnam  
 in religione quidem habere & eandem de Deo sectam, vita  
 & vita. verò ac moribus differre nihil ab inuicem, op-  
 timam moribus hominum potest celebrare cō-  
 cordiā. Apud nos etenim solos, neque de Deo  
 quilibet sermones audiet alterutris aduersarios  
 sicut multa similia apud illos fieri comproban-  
 tur: cùm non solum à vulgaribus quod visum  
 fuerit vnicuique profertur, sed etiā apud quos-  
 dam philosophorum hoc crebro præsumitur:  
 quando alij quidem totam Dei naturam sermo-  
 nibus perimere tentuere, alij verò eius prouia-  
 dentiam ab hominibus abstulere: neque in stu-  
 diis vite differentia vlla conspicitur, sed com-  
 munia quidem opera omnium apud nos exi-  
 stunt: unus verò de Deo sermo concors est, asse-  
 rés illum cuncta respicere. Sed etiā de ipsis vi-  
 ee studiis, & quoniam oportet omnia alia ad ter-  
 minū diuinat pietatis adduci, à mulieribus no-  
 stris & à seruis quilibet audient. Pro qua re illa-  
 tas nobis calumnias à quibusdam, cur non exhi-  
 beamus viros inuentores nouorum operum seu  
 verborum contigit oriri. Alij siquidem in nulla  
 re paterna perdurare optimum esse putant, &  
 præcipue transgressioribus sapientia robust affi-  
 gnant. Nos autem è diuerso vnam esse pruden-  
 tiā atque virtutem existimamus, nihil peni-  
 sus vel facere vel cogitate contrarium his que  
 antiquitus sancta noscuntur: quod scilicet indi-  
 cium legis sit optimo fædere constitutum. nam  
 ea quæ

ea quæ nunc non habent modum , experimen-  
 to s̄epe corrupta redarguntur. Apud nos au-  
 tem , qui credimus ab initio positam legem diui-  
 na voluntate , nihil aliud siam est , quā hanc sub  
 integritate reseruare **Q**uis enim eius quicquam  
 mouere potest , aut quid melius adinuenit ? vel  
 quis ab aliis tanquam præcellentius ad statum  
**R**eipubl. nostre aliquid transferre potest ? aut  
 quæ poterit esse melior atque iustior , quam ea  
 quæ Deum quidem principem omnium esse  
 confirmat : sacerdotibus autem in communi  
 quidem res præcipuas dispensare permittit:  
 summo <sup>a</sup> verò Pontifici aliorum sacerdotum a **Q**ui homi  
 Principatum competenter iniungit ? quos vti-  
 que non diuiniis , neque aliis quibusdam spon-  
 doniū electi .  
 taneis auditatibus præcellentibus legislator ad  
 culmen huius honoris instituit. Sed quicunque  
 Sapientia vel temperantia aliis præstare noscū-  
 tur , eis præcipue culturam diuinæ placationis  
 iniunxit. Apud hos igitur , & legis & aliorum  
 studiorum integra diligentia custoditur. Con-  
 templatores etenim omnium atque iudices  
 contemptionum , & punitores culpabilium fa-  
 cerdotum esse decreti sunt. **Q**uis ergo principa-  
 tus , quod regnum erit hoc sanctius , vel qui ho-  
 nor Deo potius cooperatorbitur , cum omnis qui-  
 dem populus sit præparatus ad pietatem , summa  
 verò diligentia sacerdotibus sit indieta , & ve-  
 lut quædā festiuitas gubernetur vniuersa Res-  
 publica ? Cùm enim mysteria sua numero pau-  
 corum dierum alienigenæ custodire nequeant  
 ea videlicet sacrificia nominantes. nos cù multa  
 delegatione , & incommutabili volūtate so-  
 lemnitatis opus per omne seruamus æsum. **Quæ**  
 b igitur sunt præcepta vel interdicta simplicia , b **D**e **D**eo  
 siue nota dicamus. Primum quidem de Deo est , & Preuidit  
 diceas , Deus habet omnia , perfectus bea- gis D

tissimus, ipse sibi cunctisque sufficiens, principium  
& medium & terminus, inter omnia operibus  
quidem & muneribus clarus, & omni re mani-  
festior: forma vero & magnitudine nobis ins-  
narrabilis. Omnis nanque materies comparata  
ab huius imaginem, licet sic preciosa, tamen  
pro nullo est, cunctaque ars ad illius imitationis  
inuentum, extra artem esse cognoscitur: nihil  
simile neque videmus neque possumus suspicari,  
neque coniicere. Sanctus a est: videmus eius  
opera, lumen, coelum, terram, solem, lunam, flu-  
mina, mare, animalium nationes, prouentus fru-  
ctuum: haec Deus fecit, non manibus, neque li-  
boribus, neque quibusdam indiguit sibi coope-  
rantibus, sed ipso vidente bona repente facta  
sunt. Huc homines conuenit uniuersos sequi,  
eumque placare exercitatione virtutis. Modus  
enim diuinæ placationis iste sanctissimus est.  
Vnu templum unius Dei, commune omnium co-  
munis Dei cunctorum. Gratum namq. semper  
est omne quod simile est. Hunc placant quidem  
sacerdotes, semper praecedunt vero illos primus  
secundū genus: qui ante alios sacerdotes faci-  
cabit Deo, custodiet leges, de dubiis iudicabit,  
& puniet lege conuictos. Huic quisquis non o-  
bedit, supplicio subiacebit, tāquā qui in ipsum  
Deum impiè gesserit. Hostias b immolat, non  
ad crapulam nostram vel ebrietatem attinetes.  
haec enim non placent Deo: quæ res occasio po-  
tius iniuriarum simul & expensarum est. Deus  
enim temperatos, ordinatosque, & boni generis  
diligit: & ut præcipue sacrificantes castè viua-  
mus. In sacrificiis autem pro communi salute  
primum oportet orare, deinde singulos pro se-  
metip sis, quoniā omnes socij sumus. Et qui hoc  
consortiū suæ vitæ præponit, maximè Deo gra-  
tus est. Supplicatio vero sit ad Deum votis ac  
precibus,

a Operis Dei.

*Hostia vo-  
terū teſſa-  
menti,*

precibus, non ut bona præstet: hæc enim ipse  
 sponte cōtulit vniuersis: & in medio depositus:  
 sed ut hæc suscipere valeamus, suscipientésque  
 seruemus. Purificationes<sup>a</sup> quoque in sacrificijs a Purificatio-  
 lex decreuit, à cubili, à lecto, à cōgressu uxorio, ~~ne~~ in sacri-  
 & alia multa, quæ conscribere longissimum est. sicys.  
 Huiusmodi ergo d: Deo, & eius placacione ser-  
 mo est, ipse autem simul etiam sex est. Quid b: b: *Denuo*  
 autem de nuptiis? Solam nouit lex permixtionē prijs.  
 naturalem cum coniuge, si tamē filiorum cau-  
 sa procreandorum agatur. Masculorum verò  
 cum masculis indicavit inimicas: & tentantes  
 talia morte decreuit dignos. Nubere verò iubet,  
 non respicientes ad dotem, neq; violenter ar-  
 ripere, sed neque dolo vel fallacia suadere.  
 Dispensationem verò potius fieri per eum, cu-  
 ius noscitur esse potestatis, & per cogitationem  
 oppo tunam. Mulier autem inferior, inquit, est  
 viro per omnia. Obedit igitur non ad iniuriam,  
 sed ut sit sub regimine constituta. Deus enim  
 viro potestatem dedit. Cum hac ergo coitè de-  
 cēt matrūnū: solummodò, alterius verò expe-  
 rientiam habere nequissimum. Si quis autem  
 hoc egerit, declinatio nulla mortis: neq; c: si fe-  
 cerit vim virginī alteri desponsatæ, neq; si sua- *Paravimus*  
 serit nupiæ, aut filios nutriti, quæ omnia lex virginī.  
 præcepit. Vniuersis autem mulieribus interdi-  
 xit, vel celare quod natum est, vel alia machi-  
 nationē corrumpere filios. Infanticida enim es-  
 set animas demoliens, & genus imminuens. Igi-  
 tur si quis ad concubitum corruptionēmq; tran-  
 sierit, immundus est. Oportet autem etiam  
 post legalem commixtionem viri, mulieres  
 laruari. Hoc enim partem animæ polluere in-  
 dicauit, inflata namque corporibus vulnera- *d Purifica-*  
 tur. Dūmque <sup>d</sup> hoc fit, aquam propter purifica- *tiones corpo-*  
 tionis causam talibus imperauit. Sed neque in <sup>eum</sup>

filiorum nativitatibus concessit epulationes aggregari, & fieri occasiones ebrietatis, sed temperatum esse repente principium. Iussitq; literis studiri propter leges, & nosse progenitorum actiones, ut actus imitentur: & cum legibus educat: neque transgrediantur, neq; cogitationem

a De fune-  
ribus mor-  
torum.

ignorationis habere iudicentur. Prospexit <sup>a</sup> autem etiam funeralibus mortuorum, ut neque sumptuosæ ad sepeliendum celebrentur exequiz, neque insignium fabrica sepulchorum. sed necessaria quidē circa elationē funeris imperavit domesticos adimplere: omnibus autē viuentib. legitimū esse constituit. ut aliquo moriente & concutrant, & gemitus lamentationis effundant. Purificari autem iubet etiam domesticos funere celebrato, ut longè procul sint, quasi videantur mundi esse. Cūm autem aliquis fecerit homicidium, vel sponte vel inuitus. ne ho-

b Honor pa-  
vendum.

rum quideni poenam tacuit. Parentum <sup>b</sup> honorē post Deum esse constituit: & qui non repensat eorum gratiæ, sed in qualibet parte contristat, præcepit esse lapidandum. Iubet etiam senioribus honorem iuvenes exhibere, quoniā cunctis senior Deus est. Nihil permittit celandū apud amicos: non enim amicitiæ sunt apud Deum, cui omnia non creduntur. & licet aliqui inimicitiæ prouenant, prodit tamen arcana prohibuit. Si quis autem arbiter munus accepit, morte mulctatur, despiciens quod iustū est, & auxilium reis offerens. Quod <sup>c</sup> quisquam non posuit non auferat, & aliena non tangat. mutuans non accipiat usuras. Hæc, & his multa similia, communionem continent nostrorum inter alios. utrōs. Quomodo autem etiam de domestica cura circa alienigenas habenda docuerit legislator, referri dignum est. videbitur enim omnib. optimè prospexisse cā, illo ita sentiente, neque

c Contra  
fursum &  
usuras.

te, neque propria corrumpanus, neque parti-  
 pari rebus nostris volentibus inuidamus. Qui-  
 cunq; enim volunt sub nostra conuersari lege,  
 accedentes ad eam cum munificentia suscipit,  
 nos genere solummodo, sed etiam voluntate  
 vitz putans esse cōsortium. Eos autem qui obi-  
 ter adueniunt, misceri solennitatibus noluit, a-  
 lia tamen exhibenda constituit. Idem omnibus  
 præbendum, ignem, aquam, cibum: iter ostendere,  
 non spernere aliquem inseptunti. Mitis-  
 simè <sup>a</sup> etiā circa hostes quæ sunt agenda sanci- a Circasian  
 uit, vt neq; terra eorum exuratur, neq; arbores fles quomo-  
 fertiles incidentur. Sed etiam spoliati eos qui do agendū.  
 in bello cecidere, interdixit: & captiuis prospe-  
 xit, quatenus eorū amoueatur iniuria, & maxi-  
 mè fœminarū. Sic autem eximiè nos mansuetu-  
 dinem atque clementiam studuit edooere, vt c-  
 tiam de animalibus irrationalibus non raceret:  
 sed horum tantummodo utilitatem legitimam  
 concedens, ab omni nos alia causa prohibuit.  
 Quæcunque enim veluti domestica oriuntur in  
 ædi bus, hæc interdixit occidi: sed neque paren-  
 tes denique præcipit vnā cum pullis auferri. Et  
 licet hostilia sint animalia laborū socia, eis tamen  
 pertendum esse sanciuit. Sic vndique ea  
 quæ ad mansuetudinem pertinent obseruavit:  
 doctrinalibus quidem, sicuti prædictum est, le-  
 gibus vtens, & alia rursus contra transgressores  
 causa punitio sine excusatione defigēs. Mul-  
 ta namque in plurimis causis transgredientium,  
 mors est. Si b adulterium commiserit aliquis, si b Repetitio  
 viu pueras fecerit: si masculi turpe tentamen præ- prorū  
 tum præsumpscerit, aut patiatur sustinere tenta- legū.  
 tus. Similiter autē est lex inevitabilis & in ser-  
 uis, sed etiam de mensuris, vel si quis de pôde-  
 ribus dolum fuerit operatus, & de iniusta ven-  
 ditione: ac fraude si quis vel de taxerie aliena

rem, aut quod non posuit abstulerit, cohibendi  
hi sunt vindicta, nō quali apud alios, sed valde  
maiori. de iniuria vero parentum, vel impietate  
quaꝝ fit in Deum, si vel tentet hoc aliquis, mox  
peribit. At his qui secundum legem vniuersa  
**a Premium** faciunt, præmium a tribuitur non aurum, nō ar-  
gentum, neque corona lapillis distincta: sed v-  
nusquisque testem habens conscientiam suam,  
valde proficit, legislatore prophetante, & Deo  
fidem condonante firmissimam his qui seruant  
leges: & licet pro his mori contingat, concur-  
runt tamen alacres ad occasum, sperantes fore  
ut vita melior ex mutatione conferatur. Pigeret  
itaq; nunc hoc me cōscribere, nisi opera essent  
omnibus manifesta: quoniam s̄enumerò mul-  
ti nostrorum progenitorum, ne vel sermonem  
solummodo extra legem proferrent, omnina  
passi sunt viciliter sustinere. Quin **b Duratio**  
**legum apud** gens nostra omnibus hominibus esset, nec pa-  
lām esset voluntaria nostra legum obseruatio,  
**c Platō mi-**

**rabilis apud** Græcos aut legisse se in historiis aliquis narra-  
ret, aut in orbe incognito reperiisse, homines ta-  
lem tamq; honestam de Deo opinionem habe-  
tes, atq; in talibus legibus multis seculis cōstan-  
ter permanentes, omnes reos demiraturos, pro-  
pter continuas quaꝝ apud ipsos sunt mutatio-  
nes. Deniq; eos qui cōscribere proximè de Re-  
publ. & legibus tentauere, tanquam de incredibi-  
libus compositionibus quidam frequenter  
accusant, dicentes, quoniam impossibilia sum-  
pserint argumenta. Et alios quidem taceo phile-  
sophos, quicunq; huiusmodi negocium in suis  
conscriptionibus habuere. Plato **c** autem mira-  
bilis apud Græcos, tanquam & honestate vite  
precedens, & virtute sermonum & persuasione  
philosophiz cunctos excellens, ab his qui lib-  
yidentur prastantes, in rebus ciuilibus, perpe-  
tud

tuò penè illuditor, cauillisq. comicis traducitur  
 cum vtique qui illius verba considerauerit, fre-  
 quenter & facile reperiat, quæ etiam consuetu-  
 dini plurimorum proxima esse noscuntur. Ipse  
 siquidem Plato confessus est, quia veram de  
 Deo opinionem propter ignorantiam plebis  
 proferre securum non est. Sed Platonis quidem  
 verba vana esse putant, & multa licentia com-  
 posita atque conscripta: maximè a verò legisla. a *Lycurgus*  
 tione in Lycurgi mirantur, & Spattam cuncti *Lacedæmoni*  
 concelebrant, quoniam in illius legibus pluri-*morum le-*  
*mo tempore perduravit. Ergo hoc manifestum gulari.*  
 virtutis indicium est, in legibus permanere. Si  
 verò Lacedæmonios admirantur, illorum tem-  
 pus conferant, cum amplius duobus millibus  
 annorum nostraræ Reipubl. super hac sciāt, quo-  
 niam Lacedæmonijs quidem omni tempore  
 quo habuere libertatem, perfectè vissi sunt cur-  
 stodisse leges: cum verò circa eos factæ sunt for-  
 tunæ mutationes, penè cunctarum legum obli-  
 ti sunt. Nos autem multis casibus euolutis pro-  
 pter Regum Asia mutationes, neque in nouissi-  
 ma mala venientes à legibus sumus alienati: nō  
 vocationis, nec epulationis causa seruantes eas:  
 quando si quis considerare voluerit, multo am-  
 pliori testimonio maiores excubias & labores  
 nobis quam Lacedæmoniis videbit impositos.  
 Illi b siquidem neq. operantes terram, neq. circa b *Indorum*  
 opificia exercitum habentes, sed ab omni o- & *Lacedæ-*  
 peratione remissiores pingues, & corpore pul. *moniorum*  
 chri in ciuitate degehant, aliis ministris in om- *comparatio-*  
 nibus vitæ necessariis rebus videntes & cibum  
 paratum ab illis accipientes, solum opus bonū  
 atque æquum iudicantes, quiduis facere: & pati  
 quatenus præualerent aduersus omnes, contra  
 quos bella susciperent: quod autem ne hoc qui-  
 dem adipisci potuerunt, omitto dicere. Non e-

nim singuli solummodo, sed multi frequenter eorum subito legis præcepta negligentes, semetipsos cū armis hostibus tradidere. Putásne & apud nos, nō dico tāti, sed duo vel tri agniti sunt proditores effecti legum, vel mortem fornicantes, non dico illam, facile, quæ solet prialiantibus evadere: sed eam quæ cum multa corporū afflictione, & multa crudelitate videatur accidere. Quiam<sup>a</sup> (vt ego nuto) quidā præuersus Indoē lentes nobis non per odium subiectis imposuerunt, sed admirandū quoddam spectaculum videvolentes, si qui sunt homines, qui unum tantummodo credant esse pessimum, si agere quicquam extra leges suas vel sermonem apud eos dicere compellantur Non tamen mirari decet, si mortem fortissimè toleramus pro legibus, & ultra alios uniuersos. Non enim quæ leuia videntur nostris studiis alij facile patiuntur, hoc est operationem, cibique simplicitatem: & ut nihil fortuitò, neque quod quisq. desiderat vescitur aut bibat, aut ad concubitum quemlibet accedat, aut splendide vestiatur, aut sine nobilitate vacet. Sed illud attendendum est, si gladiis vententes, & hostes ab inuasione fugantes, præcepta legis circa cibos sustine: e possunt. Nobis vero gratum est propter hęc legibus obedire, & in illis fortitudinis specimen ostendere. Eāt nunc b Moses In- Lysimachi & Molones, & quidam huiusmodi & dei eos qui iij scriptores, improbi sophistæ, adolescentum apud alios deceptores, & quasi prauissimis nobis derogare putantur contendant. Ego sunè nolim de legibus alienis Dij, propter examinationem facere. Nosler enim mos est appellatio- propria custodire, nō aliena potius accusare. Et nem ridere neque blasphemare debebamus eos, qui apud alios patantur Dij, aperte nomore inter his legislator interdixit propter ipsam appellatiōnem. De accusatoribus autē per obiectiones suas

Suas nos increpate volentibus , tacendum non  
 est , cum utique non à nobis nunc sermo com-  
 positus eos arguere videatur , sed à multis pro-  
 babilitet iam præmissus . Quis igitur eorum qui  
 apud Græcos sapientia sunt mirabiles , nō redar-  
 guit nobilissimos poetas & præcipue legislato-  
 res , quoniā <sup>a</sup> huiusmodi sectas de Diis ab initio a Deorum  
 populis inserueret , dicentes eos numero qui-  
 apud genit.  
 dema quantos ipsi volueret , ex alterutris vero & les ingens  
 diuersis nativitatibus procreatōs ? Hos autem numerū  
 diuidentes locis & habitaculis tanquam gene-  
 ra animalium , alios quidē sub terra , alios in  
 mari , seniores autem eorum in tartaris vincētos  
 esse dixerunt : quibus vero attribuēre cœlum , his  
 sermone quidē patrem , operibus autem ty-  
 zannum atque dominum superposuere . Pro-  
 pterea <sup>b</sup> aduersus eum constituēte insidias per  
 uxorem , & fratrem , & filiam , quam ex eius ca-  
 pite fingunt generatam , vt alligantes eū appen-  
 derent , sicut ipse ille suum dicitur patrem . Hæc  
 iustè accusatione digna conqueruntur , qui sa-  
 pientia virtute præcellunt . Hi super hæc deri-  
 dentes adiiciunt : Si Deorum alios quidē ephe-  
 bos & adolescētes , alios autem seniores & bar-  
 baros esse credendum est , alios cōstitutos super  
 artes , & quandam fabrum , alium vero extricē ,  
 alium vero peregrinantem , & cum hominibus  
 contendētem , alios autem citharizantes aut ar-  
 cu gaudentes : deinde inter alterutris seditiones  
 efficas , & propter homines contentiones con-  
 stitutas , vt non solum inter se alij aliis manus  
 immitterent , sed etiam ab hominibus vulnera-  
 ti lugerent malaque perferrent : & quod super  
 omnia est luxuriosius , si intemperantia permix-  
 tionis vietentur : quomodo non erit incongruū  
 amores & concupiscentias ad vniuersos attine-  
 scens simul masculos & ad feminas Dei inde fortis . <sup>c</sup> Dappitox

<sup>b</sup> Fabula  
de Ione &  
Pallado.

siens & primus eorum pater seductas à semet-  
 ipso , imprægnatásque mulieres , diruptas sub-  
 mersásq. spernit : & eos qui ex eo sunt nati ne-  
 que liberare potest fato constricti ; neque sine  
 lacrymis eorū perferrre mortes. Bona sunt hæc  
 & his alia consequentia , id est , adulteria in cœ-  
 lo visa , & sic impudenter à Diis celebrata , ut iā  
 alij inuidere se profiteretur in tali fœditate vin-  
 &c. Quid enim alij facturi non essent , dum ne-  
 que senior atque Rex valuisse impetum suum  
 à mulierum permixtione retinere. Alij verò  
 seruientes hominibus , & nunc quidem ædifi-  
 cantes causa mercedis , nunc verò paſcentes :  
 alij autem malignorum modo infero carcere  
 colligati. Quem igitur sapientium talia non ac-  
 cendant , vt hæc componentes redarguat , &  
 multam stultitiam his credentium reprehendat? Alij verò & terrorem quendam vel me-  
 tum , necnon & rabiem , atq. seductionem , om-  
 nésq. pessimas passiones in Dei natura fingere  
 præsumpsere. Et horum quidem nobilioribus  
 etiam ciuitates sacrificare suasere. Siquidem in  
 multa necessitate consistunt , vt quosdam Deo-  
 rum patēt bonorum esse largitores , alios au-  
 tem voceat aduersarios , quando eos veluti ma-  
 lignissimos homines muneribus atq. donis pla-  
 care contendunt , magnum quoddam malum se  
 suscepuros ab eis existimantes , nisi mercedem  
 eis studiose præbuerint. Quæ igitur causa est  
 tantæ huius iniquitatis atque delicti circa Deum?  
 Ego quidem arbitror , eò quod neque vera Dei  
 naturam ab initio eorū legislatores agnouerint ,  
 neque quantum percipere potuere , perfectam  
 sententiam diffinientes reip. tradidere : sed ve-  
 lut aliud quiddam vilius neglexerunt , dantes  
 potestateem Poetis , vt quos vellent Deos intro-  
 ducesent hæc omnia patieaces ; rhetoribus ve-  
 ro

a Iniquita-  
 tie atque  
 delicti cir-  
 ca Deum  
 causa .

rò ut de repub. scriberent, & de peregrinis Diis  
 decreta profetrent. Sed & etiam p̄f̄ores & pla- a Pictores  
 stæ in hoc apud Gr̄cos multam habuere pot- & plasta  
 statem, ut v̄nusquisque formam quam vellat se- Deorū mul-  
 cundum modū suę opinionis exponeret, alius titudinē an  
 quidem ex luto quod vellat fingens, alias verò cores,  
 pingens. Opifices itaq. qui maximè putantur es-  
 se pr̄cipui, ebur & aurum habent, ad hoc suę  
 semper nouitatis argumentum. Proinde apud  
 eos priores quidem Dij florentes honoribus, se-  
 nuerunt: alijs verò noui clam introduci, religio-  
 ne potiuntur: & templorum alia quidem deso-  
 lata, alia verò super secundum hominum vo-  
 luntatem ædificantur: cū contra oporteat opi-  
 nionem de Deo, eiāsq. culturam immobili reli-  
 gione seruare. Apollonius siquidem Molō, v̄nus  
 fuit stultorum atq. tumentium. Eos autem qui  
 verè in Gr̄co philosophati sunt, neq. pr̄dicto-  
 rū aliquid latuit, neque frigidæ allegorizæ cau-  
 sas ignorauere. quapropter illos quidem iustè  
 spreuere, & circa veram decentemque circa  
 Deum opinionē nobisfuere concordes. Quod b a Plato nul-  
 Plato respiciens, neq. vllam quempiam Poeta- lum Poeta-  
 rum dicit in repub. esse suscipiendum: & Ho- rum in Re-  
 sumerum honorificè amouet, coronatum & vn- pub. esse sus-  
 guento delibutum, ne reūam opinionem de cipendū  
 Deo fabulis fortè destrueret. Pr̄cipuè nanque stannit.  
 Plato nostrum legislatorem imitatus est, in hoc  
 quoque, quod illud pr̄cipuè suis ciuib⁹ impe-  
 rauit, ut omnes perfectè ediscerent leges, & ne  
 fortuito aliquid extraneorū ciuib⁹ misceretur:  
 sed esset pura respublica, & in legum custodia  
 perduraret. Horum nihil cogitans Apollonius  
 Molon, nos voluit accusare, quoniā non recipi-  
 mus eos qui aliis sunt opinionibus pr̄occupa-  
 ti: neq. communicari patimut eis, qui alia vitz  
 consuetudine degunt: cū neque hoc proprium .

nostrum sit, sed commune quoniam, non modò Græcorum, sed etiam qui inter Græcos cauissimi fuisse noscuntur. Lacedæmonij <sup>a</sup>námque peregrinos etiam expellebant, & suos ci- grinos ex- peplunt.

tra leges ex utroque mevantes. Illorum igitur citius scutiam poterit quilibet arguere, qui nulli neque conuersationis neque coabitatio- nis suz participationem exhibebant. Non auté aliorum quidem res zelare non dignamur: par- ticipari verò cupientes quæ sunt nostra libenter suscipimus: quod utique reor iudicium magna- nimitatis atque clementiz. Sed desino iam de Lacedæmoniis amplius disputare. Athenienses

**b** Mos. A-theniensis. <sup>b</sup> verò qui communem esse suam gloriabant o- mibus ciuitatem, quomodo de his rebus ha- buerint, Apollonius ignorauit. Hi námque vel

**c** Socrates. cuius Athe- niensis. loquentes, ineuitabiliter punierunt. Cuius enim rei gratia Socrates est mortuus? nou enim ho-

stibus tradidit ciuitatē, neque tempora vastavit: sed quia noua iuramenta iurauit, & quoddam dæmonium significasse referebat, serio seu lu- dens, sicuti quidam dicunt, propter hoc cicutæ poculo morte multatus est. Insuper etiam cor- rumpere iuuenes eum accusator siebat, & con- versationem patris leges contemnere. Et So- crates quidē ciuis Atheniensis, huiusmodi tor-

**d** Anaxa- goras. mēta sustinuit. Anaxagoras <sup>d</sup> autem Clazome- nius fuit. Et quia existimantibus Atheniesibus

solem esse Deum, ille cum saxum ignitum asse- ruit, paucos ut sententia morte damnatus est.

**e** Telenum Et aduersus Diagoram Melium <sup>e</sup> talentū decre- uerunt, si quis ocederet eum, quoniam eo- rum mysteria deridere ferebatur. Protagoras autem, nisi citò fugisset, comprehensus occisus

fuerit, cōd quod dubium de Diis Atheniensium

600. copo-  
nat.

cor-

conscripsisse putabatur. Et quid oportet mirari  
 si circa viros fide dignos talia gessisse noscatur,  
 qui neque multeribus pepercere? Ee enim Sacer-  
 dotem quandam interfecerunt, quoniam eam  
 quidam accusauit peregrinos colere Deos. de-  
 cretum autem aduersus eos, qui peregrinum  
 introducerent Deum, supplicium mortis infe-  
 rebatur. Igitur qui tali lege vrebantur, palam  
 est, eo quod aliorum non crederent esse Deos.  
 Non enim si credidissent, scipisci fructu ex pluri-  
 bus Diis priuassent. Quin & Scythæ cædibus a Scytha.  
 gaudentes humanis, & paululum differentes à  
 bestiis, arhittantur tamen sua mysteria esse cu-  
 stodienda: & Anacharsim sapientia mirabilem  
 apud Græcos, aduenientem interemerunt, quo-  
 niā videbatur Græcorum Deorum ad eos ve-  
 nisse plenissimus. Multos b autem & apud Per. b Mores  
 sas inuenias pro ea causa tormentis affectos. Persarum.  
 Sed palam est, quoniam Apollonius Persarum  
 legibus congaudebat, illisque mitabatur: quip-  
 pe cum Græci eorum fortitudinem atque con-  
 cordiam vñanimitatis, quam habuere de Diis,  
 mitati sunt, hanc scilicet fortitudinem, quam  
 in templis eorum concrematis habuerunt. Is c e Indorum  
 enim studiorum omnium imitator extitit Per. in lege con-  
 sicorum, vxoribus alienis contumelias faciens, flentia.  
 filiosque execans. Apud nos autem mors de-  
 creta est, si quis vel irrationabilia animalia hoc  
 modo lœdat: & ab his legibus non abducere  
 neque timor potuit præpotentium potestatum,  
 neque zelus eorum qui apud alios honorantur.  
 Sed neque fortitudinem ideo exercemus, vt  
 bella auaritiae causa suscipiamus, sed vt legum  
 iura seruemus: & cum alia detimenta man-  
 suetè sustineamus, si qui nos de legibus moue-  
 re tentauerint, tunc etiam vitæ virtutem re-  
 bellare contendimus, & usque ad calamitates

**a Cœtra Legislatores genium.** nouissimas perduramus. Cur itaque nos alienas æmulemur leges, cum eas neque à legislatoribus suis seruatas esse videamus? Vel quomodo Lacedæmonij non sunt ob inhospitalitateim reprehendendi, & negligentiam nuptiarum? Elienses verò & Thebani ob coitum impudentem & extra naturā cum masculis, quam optimè atque utiliter facere se putabant. Ergo cum hæc ipsi omnino rebus efficerent, etiam suis legibus miscuere: quod tantum aliquando valuit apud Græcos, ut etiam Diis suis masculorum concubitum applicarent. eadē deinde ratione germanatum nuptias retulere, huiusmodi satisfactionem rerum incongruum, & extra naturam pro libidine componentes. Defino b' nunc de suppliciis dicere, & quantas ab initio præbuerint plurimi legislatores absolutiones malignis hominibus, ip-

In Legista-  
germania  
flissa.

dulterio quidem pecuniarum, in corruptione autem etiam nuptias sancientes. Quantas autem occasiones cotineant de abnegatione pietatis, examineate longissimum est. Iam enim apud plurimos olim meditatio facta est transgrediendi leges, quod non agitur apud nos quando propter eas & diuinitis & ciuitatibus & bonis aliis privati sumus. Lex autem apud noi

Igitur si proper virtutem legum taliter engas affecti sumus, concedant quoniam optimas leges habemus. Sin vero circa prauas nos leges iudicent perdurare, quid ipsi iustissime non patiantur, meliores non custodientes opere sanitatis? Quia igitur longinquitas temporis verissima creditur osannum esse probatio, hanc

ego testem faciam virtutum legislatoris nostri,  
 opinionisque quam ille de Deo contradidit.  
 nam cum sit infinitum tempus, si quis eum  
 comparet aliorum legislatorum æstatibus, hunc  
 ultra omnes inueniet. A nobis itaque declara-  
 tæ sunt leges & cunctæ aliis semper hominibus  
 zelum sui potius præbuerunt. Primi quippe  
**Graecorum**, in speciem quidem iura patriæ con-  
 seruabant: ipsius autem Philosophiaæ tra&atu  
 illa securi sunt, de Deo similia sapientes, hu-  
 militatèque vitæ communionem inter alteru-  
 os edocentes. Quin etiam populi iam olim a *Lege gen-*  
 multum nostram pietatem æmulantur: neque *tilium*.  
 est ciuitas **Graecorum** vlla vsquam aut Barba-  
 torum, nec vlla gens ad quam septimanæ, in qua  
 vacamus, consuetudo minimè peruenierit, ie-  
 juniaque & candelabra accensa: atq; etiam ci-  
 borum apud nos solennia plurimi apud mul-  
 totus iugiter obseruare conantur. insuper imita-  
 ri etiam concordiam, quam nos inter omnes  
 obtinemus, & rerum communionem, & indu-  
 striam in artibus, & perdurationem necessaria-  
 tum habere pro legibus. Illud enim mirabilius  
 est, quia absque exactore huius obseruationis,  
 ipsa lex per se homines ita valuit obligare: &  
 quemadmodum Deus in vniuerso mundo con-  
 sistit, ita lex per cunctos ambulauit. Vnusquis-  
 que enim, si suam regionem domumque con-  
 spiciat, his quæ dicuntur à me credere non re-  
 cusabit. Oportet igitur cunctorum hominum b *Epilogus*  
 spontaneam malitiam reprehendere. aut enim *huius libri*,  
 vñfunt nos isti aliena & prava iura, ante pro-  
 pria & meliora zelati: aut certè si hoc nolunt,  
 quiescant nobis per inuidiam accusationes in-  
 gerere. non enim alicuius odio defendimus  
 hanc causam, sed nostrum honoramus legislato-  
 rem, atque credimus quæ ab illo prophetata de

Deo sunt. Denique nisi intelligeremus ipsi virtutem legum, at certe obimitantium multitudinem præclarè de eis sentire cogeremur. Sed de legibus quidem & de Republ. nostra certissimam feci narrationem in his quæ de Antiquitate Causa, et in Conscriptis. Nunc & autem earum mentionem feci quantum necessarium fuit, neque alios libros nostra historiam vituperare jura, neque nostra laudare proponens: sed hoc agens, ut de nobis iniuste conscribentes, & contra ipsam veritatem impudentissime contendentes, arguerem. Arbitror itaque per hanc conscriptionem abundantiter me, quæ promisi, complesse. Ibi enim ostendi, hoc genus hominum contra quam calumniatores affirmant, esse antiquissimum & mulos veterum in conscriptionibus suis memorijs habentium nostri testes exhibui. Dixere itaque Ægyptios fuisse progenitores nostros: & ostensum est, quia in Ægyptum venerint aliunde. Deinde sunt mentiri, quoniam exinde propter cladem corporis sunt expulsi: & apparuit quod voluntate & magnitudine fortitudinis ad propria sint reuersi. Alij vero tamquam nequissimo viro, legislatori nostro derogare contendunt: cuius virtuti dudum quidem multi post illum tempus vero longissimum perhibet testimonium. De legibus autem loqui ampliori sermone, non fuit opus. Ipsæ namque per se metapsas apparuere pia, & verissimam habentes intentionem: & non ad hominum odium, sed ad rerum communionē potius invitantes, iniquitatum inimicæ, cultricēsque iustitiae, & luxum procul abiicientes, frugalitatem vero ad industriam erudiantes, bellum causa auaritiae nescientes: fortes autē pro se esse populos præparantes, ad supplicia retribuenda semper inexcusabiles, verbis nequaquam circumveniri faciles.

les, præparationes semper operibus exequentes. Hæc enim nos semper opera manifestiora literis exhibemus. Quapropter ego confidens dico, quia purum atque meliorum rerum, nos quam alij præceptores sumus. Quid enim impræuaricabili impietate melius est? quid iustius, quam legibus obedire? quid utilius, quam imbecem vñanities esse, & neque in calamitatibus ab iniucem recedere, neque tempore felicitatum per iniurias disrepare: sed in bello quideni mortem contemnere, in pace vero artibus aut agriculturæ vacare: & semper & ubique credere Deum respicere, & solum omnia gubernare? Hæc igitur, siquidem apud alios aut scripta sunt primitus, aut seruata, firmorem debemus nos gratias illis tanquam eorum facti discipuli. Si vero nequaquam primitus extitere, his præcipue nos videntes cognoscimur, & primam eorum inventionem nostram fuisse declaramus. Apiones igitur & Molones, & quisunque mendacij derogatione congaudent, cuncti procul faceant. Tibi autem Epaphrodi-  
te, veritatem maximè diligenti, & per te similia nosse de nostro genere cogi-  
tantibus, hic libellus con-  
scriptus esse digno-  
scitur.

a Origo legū  
Iudicari.

PLAVTI JOSEPHI CON-  
tra Apionem libri secundi  
FINIS.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

INDEX RERVM ET VER-  
BORVM IN HOC FLAVII  
JOSEPHI SECUNDО VOLV.  
mine memorabilem fidelissimus  
ac locupletissimus.

A

- A**demonium 303.a  
Accusatio & epistola  
falsa legatorum contra Iose-  
phum 201a  
Acris pugna commissa in fore  
Hierosolymis inter Anio-  
chum & Myrcanum 53.b  
Aduentus Vespasiani in Ga-  
lilaeam 28.a  
Aedificia ab Herode condita  
67.b  
Egyptius pseudoprophet 30.  
ferme molia hominum con-  
gregas 113.b  
Egypti terminus 206. b. lon-  
gitude & latitudo 207.a  
Egyptius unde dicta 301.b  
Egyptiorum idololatria 310.a  
Egypti bestias natura re-  
pugnantes colunt 332.a  
Agrippium 69.a  
Agrippa erga Philippum co-  
mitas & benignitas 33.b  
Agrippa Aristobuli filium Ti-  
berium edic, ac in Caes Ca-
- ligula amicitiam sese insi-  
nuat 107.a  
Agrippa ab Senatu Romano  
& Claudio sanguine arbit-  
ter eligitur 110.a  
Agrippa regnum 110.a  
Agrippa cum regnasset annis  
tribus in Edessa decessit  
110.b  
Agrippa ad Iudeas oratio  
120.b  
Agrippa de futura Iudaorum  
calamitate prophetia 125.a  
Agrippa rex a Iudeis faxis  
peritus, urbe perlitur 125.b  
Agrippa procurator spoliatur  
139.b  
